W. JUNK
VERLAG U. BUCHHANDL.

QK 295
.R4
v. 1-2



GOTTFRIED REYGER
SOC. PHYS. GED. SECRETARII

# TENTAMEN FLORAE GEDANENSIS METHODO SEXUALI ADCOMMODATAE.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

DANTISCI
APUD DANIEL LUDWIG WEDEL,
MDCCLXIV.

+QK295
R4
V.1-2

# LECTURIS.

Herbas Prussiae enumeraverunt *Joh. Wigandus* 1590 & *Joh. Loeselius* 1654. Hujus Catalogus Plantarum cura Joh. Gottsched ex manuscriptis Loeselianis & propriis animadversionibus auctus, figuris quoque adjectis, sub titulo Florae Prussicae denuo prodiit 1703. Continentur in eo potissimum plantae regiomontanae, quare *Georg. Andr. Helwing*

in Flora Quasimodogenita 1712 & in ejus Supplemento 1726 plures circa Angerburgum detectas subjunxit.

De plantis gedanensibus primus & solus fere egit *Nic. Oelhafius*, Civitatis Physicus, in Elencho 1643 impresso, in quo tamen plurimae & vulgatissimae praetermissae, ut facile fuerit *Christ. Menzelio* adpendicis loco Centuriam addere 1650, qui libellus admodum rarus, nec a me nisi Tentamine hoc jam absoluto visus. Oelhafio, ipso adhuc publicati Elenchi anno, fatis functo, successor in officio & simul Athenaei Ged. Prof. Med. *Laur. Eichstadius* novam Elenchi editionem 1656 adornavit, locupletiorem quidem, quae tamen ingentem adhuc indigenarum numerum sileret. Neque postea Florae nostrae aliquid adcessit, nisi quod *Jac. Breynius*, botanicus celeberrimus, in Centuria Exoticarum

1678

1678 & in Prodromo I fascic. rar. plant. 1680 quasdam rariſſimas in montibus Caſſubiae Gedano vicinis detectas publicavit. Optandum ſane, ut lucem vidiſſet Viridarium Pruſſiae occidentalis Caſſubiaeque, cujus ſpem fecerat, ſed valetudo, qua minus proſpera utebatur, conſilium intervertit. Et licet poſtea Viridarium Pomerelliae denuo promiſſum a filio D. *Jo. Phil. Breynio*, Viro non minus in botanicis quam in omnibus hiſtoriae naturalis ſcientiis conſummatiſſimo, qui jam octogenario major placida & tranquilla fruitur ſenectute, impedimenta tamen, neſcio quae, operis deſiderati obſtiterunt abſolutioni. Interim Vir Celeb. rem herbariam gedanenſem in eo auxit, quod plures graminum indigenorum ſpecies cum *Joh. Scheuchzero* communicavit, ab illo Agroſtographiae ſuae inſertas.

Coeterum & Loeſelius & Oelhafius plantas nullo niſi alphabetico digeſſerunt ordine. Neque aliter ſeculo elapſo fieri poterat, cum ſyſtemata nondum excogitata, nec genera, nedum ſpecies, ſatis diſtincta eſſent. Methodus haec vero plantis dignoſcendis parum inſerviebat, quia nuda nomina nullos ſubminiſtrabant characteres, ex quibus herba, cui imponebantur, ab aliis diſtingui poterat. Ut igitur paulo uberiorem indigenarum catalogum exhiberem, & ſimul notas ad cognitionem earum aptas traderem, *Tentamen* hoc *Florae Gedanenſis methodo ſexuali adcommodatae* in gratiam eorum ſaltim ſuſcepi, qui hic vel in vicinis locis plantas noſſe cupiunt. Neque methodum aut faciliorem aut tutiorem inter hactenus publicatas inveniri ratus ſum. Sexus enim plantarum diu conjectatus, diu impugnatus, tandem ab immortali

*Lin-*

*Linnaeo* ſolidiſſimis argumentis confirmatus, qui & inde characteres fallere nescios elicuit, quibus numeroſam vegetabilium gregem in Claſſes & Genera distribuit, ut cuique attentius plantam in flore conſideranti facile ſit eandem ad genus ſuum revocare, quo facto ex reliquis notis & ſpecies patebit. Hac ergo methodo uſus ſum, & ne ejus ignaris aliunde explicationem petere neceſſe eſſet, terminos artis cum eorum brevi expoſitione, ad mentem Linnaei, hic ſubjunxi. Plantas culturam hominum in hortis vel agris requirentes praeterii, Floram indigenam exhibiturus, quae tantum ſponte naſcentes comprehendit.

Nomina herbarum pauciſſima adpoſui, ne multis ſynonymis opuſculum prolixum redderem. Primum ſemper Linnaei nomen ſpecificum ex Spec. Plant. deſumtum, aut ſi in Genere ex unica

ſpecie conſtante nullum erat, triviale ejusdem, littera L deſignatum; in paucis, ubi dubium ſuboriebatur, omiſſum. Secundum eſt *Caſp. Bauhini* ex Pinace Theatr. Botan. littera B notatum, cujus denominationes ab omnibus fere recentioribus adhuc ſervantur, adeoque genuinae ſpeciei dignoſcendae multum inſerviunt. In paucis, ubi e re viſum, aliorum adpellationes additae. Imprimis Loeſelius in his citatur: quas tamquam Pruſſiae peculiares aut nondum deſcriptas icone illuſtraverat, licet pleraeque Bauhino aut aliis jam innotuerint. In pluribus etiam nomina germanica, praeſertim nobis uſitata, adpoſui, quibus tamen non multum tribuendum, cum non modo in quovis fere loco varient, ſed & idem nomen diverſiſſimis ſoepe plantis imponatur. Sequuntur plurimarum delineationes breviſſimae, colorem magni-

magnitudinem, folia, habitum aut alia referentes, ut ex his & ſpecifico Linnaei nomine facilius & citius planta dignoſci queat. Locus & tempus florendi deſcriptionem abſolvunt.

Locos natales paucos ſaltim indicavi, ut ſine multo labore & longis viarum ſpatiis herbae reperiri poſſint. Inter hos inprimis mihi nominandus fuit Fons ſic dictus Sacer cum vicina Aula Viridi & collibus adjacentibus, in quo loco olim amoeniſſimo, nunc jam fere neglecto, antiquo ſplendore & umbra orbato, imo nomine ipſo pene obſoleto, fertiliſſimo tamen ſolo omnis fere generis plantae laetiſſime vireſcunt. Coeterum loca plantarum minus fixa & variationi ſoepius obnoxia. Licet enim in incultis diutiſſime ſpecies conſerventur & multiplicentur, in terris tamen ab hominibus frequentatis & laboratis ſoepe exulare ju-

bentur indigenae. Quare non mirum, plurimas in locis ab Oelhafio indicatis non amplius reperiri. Teſtis eſt Juniperus ab illo in ſylva vicina viſa, ubi hodie fruſtra quaeritur, licet in remotioribus adhuc frequentius adſit.

Continentur hoc Tentamine & Adpendice Genera plantarum 346, Species 732, inter quas 360 ab Oelhafio & Eichſtadio omiſſae & ſigno † notatae. Plures procul dubio apud nos creſcunt, ſed nolui incerta proferre, contentus his quae ipſe vidi & diſtincte cognovi.

Plures enim reperi olim ſpecies, quas tum ad certa genera referre minus potui, cum nondum Tournefortius ad manus eſſet, nec Linnaei opera huic ſcientiae lucem adfudiſſent. Interim ex Generibus pauca deſiderabuntur, ex Speciebus forte plures, inprimis ex gramini-

minibus & maritimis, quibus unicam tantum aeſtatem impendi.

Nonnullas tamen Florae inſerui, quas nondum vidi, ſed ex Oelhafio, Menzelio, Jac. & Jo. Phil. Breyniis indigenas didici, quos Auctores ſollicite citavi, ne mihi aliena vindicarem, & ne mihi imputaretur, ſi forte hodie nusquam reperirentur, cujus cauſſam jam indicavi.

Sic ex Oelhafio ſpecies 50, ex Menzelii Pugillo rar. plant. unicam Monorchidem ſeu Ophrydem Linnai, ex Jac. Breynio 8 ſpecies ſive varietates, ex Jo. Phil. Breynii graminibus Scheuchzero miſſis 14 potiſſimum varietates mutuatus ſum. Tandem etiam in rariſſima Menzelii Centuria plantarum gedanenſium, quam 1650 edidit, 32 ſpecies, & inter has 9 genera in Tentamine nondum prolata reperi, quae, cum opuſculum jam abſolutum eſſet, per Adpendicem adhuc

ſub-

ſubjunxi. Reliqua omnia ipſe vidi, decerpſi, & pleraque ſiccata adſervo.

Utinam hoc Tentamine reviviſcat amor ſtudii jucundiſſimi, apud nos quodam modo ſopitus. Licet enim non deſint Viri, qui propria experientia Floram Gedanenſem multo perfectiorem reddere poſſint, cujus ſaltim Tentamen proferre mihi licuit, optandum tamen, ut plures, quidni dicam omnes, qui ſtudiis animum imbuunt, ſapientiam & omnipotentiam Creatoris ex formoſiſſimo Vegetabilium regno propius intueri ſatagant. Scrib. Gedani. Ao. MDCCLXIII. V. Kalend. Mart.

EXPLI-

# EXPLICATIO
## TERMINORUM FRUCTIFICATIONIS
### IN METHODO SEXUALI.

*Fructificatio* est actio plantae, per quam aliam sibi similem producit.

*Flos* & *Fructus* sunt partes plantae huic actioni destinatae. Constant septem partibus: Calyce, Corolla, Stamine, Pistillo, Pericarpio, Semine, & Receptaculo. Quatuor priores Florem, tres posteriores Fructum constituunt.

1. *Calyx* est pars exterior floris, quae reliquas ante earum evolutionem includit, coloris plerumque viridis; hinc calyx coloratus dicitur, qui alio colore imbutus. Secundum situm & figuram distinguitur in Perianthium, Involucrum, Amentum, Spatham, Glumam. Plurimi dantur flores calyce destituti, ut Tulipa, Lilium.

*Perianthium* est calyx fructificationi contiguus, ut in Rosa; estque vel monophyllus vel polyphyllus, hoc est, unico vel pluribus foliolis constans.

*Involucrum* est calyx a flore remotus, ut in umbellatis. Constat plerumque aliquot foliolis angustis, acutis, ut in Apio.

*Amen-*

*Amentum* est calyx ex squamis pluribus imbricatim positis, corpus oblongum cylindricum formantibus, constans, ut in floribus masculis Coryli.

*Spatha* est calyx ab uno latere longitudinaliter ruptus, ut in Narcisso.

*Gluma* est calyx duabus plerumque valvis seu squamulis se mutuo amplexantibus constans, ut in Avena & Graminibus.

2. *Corolla* est pars floris figurae variae, pulcherrimis saepe coloribus superbiens, quae ab imperitis pro flore ipso aut saltim ejus parte essentiali accipitur, cum nil nisi integumentum essentialium partium sit, quas ante maturitatem includit. Dantur flores corolla destituti, ut Chenopodium.

*Petala* sunt partes corollae, quae hinc vel monopetala vel polypetala dicitur, id est unico vel pluribus petalis instructa. Monopetala constat Tubo & Limbo, polypetala Unguibus & Laminis.

*Tubus* est pars inferior corollae monopetalae. Hic in campanulatis & rotatis deficit.

*Limbus* pars ejusdem superior dilatata. Limbus dicitur *Campanulatus*, si ventricosus est sine tubo, ut Convallaria; *Infundibuliformis*, si conicus est, tubo impositus, ut Hyoscyamus; *Hypocrateriformis*, si planus, tubo impositus, ut Primula; *Rotatus*, si planus, sine tubo ut Anagallis; *Ringens*, si in duo labia inaequalia dividitur, ut Lamium.

*Unguis*

*Unguis* est corollae polypetalae pars inferior petali, mediante qua basi adfigitur, ut in Diantho.

*Lamina* pars ejusdem superior dilatata, ut in Diantho.

*Nectarium* pars corollae mellifera, variae figurae; vel a petalis separata ut in Parnassia, vel ipsis impressa, ut in Ranunculo.

3. *Stamen.* Hoc nomine partes floris masculinae comprehenduntur, quae in generatione idem praestant quod masculi in animalibus. Cuique qui florem, v. c. Lilium, semel inspexit, notissimum erit in medio sex reperiri pedicellos, in apice corpora gestantes oblonga, pulvere luteo instructa. Hic pulvis, qui *Pollen* dicitur, genitura est masculina, constatque ex corpusculis organicis, variae in variis plantis figurae, quae, ubi matura & humectata, rumpuntur, halitumque spargunt subtilissimum & foecundantem. Negotium hoc nudo oculo invisibile, nec armato [illegible] adhuc cognitum. Stamina haec in diversis plantis numero valde differunt, dum [illegible] iam unico tantum, aliae duobus aut [illegible], aliae pluribus, aliae denique copiosissime instructae. Ex numero itaque, situ & proportione Staminum Linnaeus plantas omnes in certas Classes redegit, Monandria, Diandria, &c. Stamen constat Filamento & Anthera.

*Filamentum* est pars inferior staminis, tenuis plerumque & longa, antheram gestans.

*Anthe-*

*Anthera* eſt pars ſuperior, filamento adnexa, polline foecundante repleta, quod ubi maturum dimittitur, & madefactum rumpitur, materiam explodens imperceptibilem & prolificam.

4. *Piſtillum* comprehendit partes floris femininas, quae in propagatione vicem gerunt feminarum in regno animali. Tribus conſtat partibus, Germine, Stylo & Stigmate, quae in Lilio diſtinctiſſime videntur.

*Germen* eſt pars inferior piſtilli, in centro floris ſita, figurae plerumque ſubrotundae vel oblongae, continens ſemina quamquam adhuc minutiſſima, per quae planta propagari debet.

*Stylus* eſt pars media piſtilli, germini impoſita, plerumque teres, longa, erecta, ſtigma in apice gerens. Ex numero ſtylorum, aut, ſi deſunt, ex numero ſtigmatum Linnaeus ordines Claſſium ſeu ſubdiviſiones in Monogynia, Digynia &c. petiit.

*Stigma* eſt apex ſtyli, plerumque craſſiuſculus, & tempore conceptionis humore viſcido madidus. Pollen ergo, ubi maturum, vel ſponte, aut vento, aut ab inſectis flores perreptantibus ab antheris in ſtigma defertur, ubi humore viſcido madefactum rumpitur, & materiam ſubtiliſſimam per ſtylum usque in germen demittit, qua ovula vel ſemina illic incluſa foecundantur, & ad plantam parenti ſimilem proferendam apta redduntur. Licet enim ſtyli meatus, ſeu via per quam mate-

materia pollinis tranſit, non ita evidenter adpareat, quamquam D. Hill eam detexiſſe adfirmet, conſiderandum tamen, materiam ſubtiliſſimam, inſtar halitus fere incorporei, aditum invenire, licet ſenſibus noſtris minime patentem.

5. *Pericarpium* eſt pars plantae, quae vulgo Fructus nomine venit, & ſemina continet, quae matura dimittuntur. Pericarpium oritur ex germine ampliato, & in variis plantis diverſiſſimae eſt figurae & conſiſtentiae, hinc diverſis etiam nominibus Capſulae, Siliquae, Leguminis, Drupae, Pomi, Baccae, Strobili inſignitur. Dantur plantae pericarpio deſtitutae, ſeminibus nudis, vel calyce involutis.

*Capſula* eſt pericarpium cavum, certo & determinato modo dehiſcens, ut in Lilio. Parietes externi capſulae, ſiliquae & leguminis *Valvulae* dicuntur, paries internus vero, qui loculamenta diſtinguit, *Diſſepimentum*.

*Siliqua* eſt pericarpium bivalve, in quo ſemina ſecundum utramque ſuturam adfiguntur, ut in Braſſica.

*Legumen* eſt pericarpium bivalve, in quo ſemina ſecundum ſuturam alteram tantum adfixa, ut in Piſo.

*Drupa* eſt pericarpium evalve, farctum, nucem continens, ut Prunus.

*Pomum* eſt pericarpium evalve, farctum, capſulam continens, ut Pyrus.

*Bacca* eſt pericarpium evalve, farctum, ſemina nuda continens, ut Ribes.

*Strobilus* eſt pericarpium ex ſquamis amenti factum, ut in Carpino.

6. *Semen* eſt pars plantae decidua, polline foecundante vivificata, plantam novam & parenti ſimilem proferens, ſi locum aptum nacta, figurae variae.

7. *Receptaculum* eſt baſis, qua partes fructificationis connectuntur, eſtque vel commune vel proprium. Receptaculum commune flosculos plurimos connectit, ut in Bellide. Receptaculum proprium vel florem cum fructu continet, vel florem aut fructum aut ſemina tantum.

*Umbella* eſt receptaculum elongatum, ex eodem centro pedunculos plures proportionatos producens, ut in Apio.

*Cyma* eſt receptaculum elongatum, ex eodem centro pedunculos plures vagos producens, ut in Sambuco.

**********

## TERMINORUM RELIQUORUM EXPLICATIO.

*Androgyna* planta, quae flores maſculos & femineos diſtinctos quidem, ſuper eandem tamen radicem gerit, ut Cucumis.

*Amplexicaulia* folia, quae baſi undique latera caulis ambiunt, ut Papaver.

*Auctus*

*Auctus* calyx, ubi series foliorum brevior diversaque basin exterius cingit, ut Chondrilla.

*Bipinnatum* folium, cum petioli lateribus folia pinnata adhaerent, ut in Polypodii specie prima.

*Bractea* est folium florale sive flori admotum, a reliquis figura & colore diversum, ut Tilia.

*Carinatum* folium, si a latere exteriore in medio secundum longitudinem prominet, ut Caricis species aliquot.

*Cernuus* flos, quando ob curvaturam pedunculi versus terram respicit, ut Convallaria.

*Ciliatum* folium, cujus margo setis parallelis longitudinaliter circumvallatur, ut foliola calycis in Centaureae specie 2 & 3.

*Cirrhus* est vinculum filiforme spirale, quo planta alii corpori adligatur, ut Pisum.

*Compositum* folium, quando plura foliola uno petiolo connectuntur, ut Vicia.

*Crenatum* folium, cujus margo angulis, neutram extremitatem respicientibus, acute vel obtuse secatur, ut Viola.

*Decurrens* folium, cujus basis deorsum per caulem extenditur, ut Carduus.

*Dentatum* folium, quod acumina horizontalia, instar dentium, lateribus exserit, ut plurima Hieracia.

*Dichotomus* caulis, qui bifariam, & ramuli rursus bifariam semper divisi, ut Valerianae species.

*Dioici* flores, quando masculi & feminei in distincta planta crescunt, ut Cannabis.

*Diſticha* ſpica, cujus flores ad utrumque latus ſpectant, ut Hordei ſpecies.

*Divaricati* ramuli, qui angulis majoribus a caule vel ſtipite diſtant, & hinc patuli fiunt, ut Poa.

*Emarginatum* folium ſive petalum, cujus apex crena terminatur, ut flores Menthae.

*Faux* in corolla monopetala, ubi tubus deſinit & ampliatur, eſt itaque pars floris inter tubum & limbum ſita, ut in Lamio videndum.

*Femineus* flos, qui piſtillo tantum inſtructus, ſed ſtaminibus caret, ut in Monoeciis & Dioeciis.

*Foliolum* eſt pars folii compoſiti.

*Hermaphroditus* flos, qui partes maſculinas & femininas ſive ſtamina & piſtilla gerit, ut plurimi flores.

*Imbricatus* calyx, qui ſquamis pluribus conſtat, quarum una alteri ſuperimpoſita, ut Leontodon.

*Inciſum* folium, quod in partes varias ſcinditur.

*Lanceolatum* folium eſt oblongum, utrinque verſus extremitatem ſenſim attenuatum, ut Trientalis.

*Lyratum* folium, in lacinias transverſales ſeu pinnas diviſum, ſuperioribus majoribus, inferioribus remotioribus, ut Raphanus.

*Maſculus* flos, qui ſtaminibus tantum gaudet, piſtillo deſtitutus, ut in Monoeciis & Dioeciis.

*Mutica* ſpica, quae ariſtis caret, ut Poa.

*Nutans*

*Nutans* flos, qui pedunculo incurvato terram reſpicit, ut Campanula.

*Panicula*, quando flores in pedunculis diverſe ſubdiviſis ſparſi, ut in Feſtuca & aliis graminibus.

*Pappus* eſt corona piloſa vel plumoſa ſemini impoſita, mediante qua illud per auram fertur, & longius a planta matre removetur, ad propagandam latius ſpeciem, ut Carduus.

*Pedunculus*, caulis florem gerens.

*Peltatum* folium, ſi petiolus diſco folii inſeritur, ut in Nymphaea.

*Petiolus*, caulis folium gerens.

*Pinnatum* folium, cum petioli lateribus plura foliola adhaerent, ut in Vicia.

*Racemus* conſtat pedunculo, qui brevibus & plurimis ramis lateralibus inſtructus, quibus flores & fructus adhaerent, ut Vitis.

*Scabrum* folium, cum tubercula rigidiuſcula per diſcum folii ſparſa, ut in Bryonia.

*Scapus* eſt caulis fructificationem ſine foliis proferens, ut Narciſſus.

*Secunda* panicula, cum flores verſus unum latus ſpectant, ut Feſtucae ſpecies. Scheuchzerus heteromallam dicit.

*Serratum* folium, quod angulis acutis imbricatis extremitatem reſpicientibus notatur, ut Urtica.

*Seſſile* folium, quod petiolo deſtitutum, cauli immediate adhaeret, ut Bugloſſum.

*Sinuatum* folium, cujus latera ſinubus dilatatis intercipiuntur.

*Spica*, quando flores in pedunculo ſimplici ſparſi, ſeſſiles, ut Hordeum.

*Squarroſus* calyx, conſtans ſqamis undique divaricatis patentiſſimis, ut Carduus.

*Stipulae* ſunt ſquamae, quae baſi pedunculorum aut petiolorum utrinque adſtant, ut in Vicia.

*Strictus* caulis, qui erectus, & quidem rectiſſimus, rigidus, ut Senecionis ſpecies ſeptima.

*Subulatum* folium, quod inferius lineare ſeu lateribus parallelis, apice vero acuminatum, ut Tragopogon.

*Supra decompoſitum* folium, cum petiolus aliquoties diviſus plurima foliola adnectit, ut Polypodii ſpecies tertia.

*Thyrſus* eſt panicula in formam ovalem coarctata, ut Petaſites.

*Tripinnatum* folium, cum petiolus adfigit plura foliola bipinnata, ut Filix femina.

*Verticillati* flores, qui caulem per ſeries undique ambiunt, ut Galeopſis.

TABU-

ad Pag. 22.

# TABULA SYNOPTICA
## CLASSIUM ET ORDINUM.

- **Monandria**
  - Monogynia. 1.
  - Digynia. 2.
- **Diandria**
  - Monogynia, corolla
    - monopetala. 3 – 7.
    - dipetala. 8.
  - Digynia. 9.
- **Triandria**
  - Monogynia. 10 – 13.
  - Digynia, calyce
    - unifloro. 14. – 20.
    - bifloro. 21. 22.
    - multifloro. 23. – 32.
  - Trigynia. 33.
- **Tetrandria**
  - Monogynia, floribus
    - aggregatis. 34 – 36.
    - ſpicatis. 37.
    - pedunculatis. 38 – 42.
  - Digynia. 43. adpend.
  - Tetragynia. 44. 45.
- **Pentandria**
  - Monogynia, floribus
    - monopetalis
      - quadriſpermis. 46 – 55.
      - angioſpermis. 56 – 69. adp.
    - pentapetalis. 70 – 73.
  - Digynia, floribus
    - ſparſis. 74 – 78.
    - capitatis. 79.
    - umbellatis.
      - compoſitis, involucro
        - univers. & partiali 80 – 91.
        - partiali 92 – 97.
        - nullo 98 – 101.
      - ſimplicibus. 102.
  - Trigynia. 103 – 105.
  - Tetragynia. 106.
  - Pentagynia. 107 – 109.
  - Polygynia. 110.

Hexandria
- Monogynia. 111—119.
- Trigynia. 120. 121.
- Polygynia. 122.

Heptandria, Monogynia. 123.

Octandria
- Monogynia. 124—128.
- Trigynia. 129.
- Tetragynia. 130. 131.

Enneandria, Hexagynia. 132.

Decandria
- Monogynia. 133. 134. adp.
- Digynia. 135—139.
- Trigynia. 140—143.
- Pentagynia. 144—149.

Dodecandria
- Monogynia. 150. 151.
- Digynia. 152.
- Trigynia. 153. 154.
- Polygynia. 155.

Icosandria
- Monogynia. 156.
- Digynia. 157.
- Trigynia. 158.
- Pentagynia. 159.
- Polygynia. 160—166.

Polyandria
- Monogynia. 167—171. adp.
- Trigynia. 172. 173.
- Pentagynia. 174.
- Hexagynia. 175.
- Polygynia. 176—180.

Didy-

- **Didynamia**
  - gymnospermia, calyce
    - subquinquefido 181 – 193.
    - bilabiato. 194 – 198 adp.
  - angiospermia. 199 – 206.
- **Tetradynamia**
  - filiculosa. 207 – 212.
  - filiquosa. 213 – 218. adp.
- **Monadelphia**
  - Decandria. 219.
  - Polyandria. 220.
- **Diadelphia**
  - Hexandria. 221.
  - Octandria. 222.
  - Decandria, staminibus
    - connatis. 223 – 225.
    - diadelphis. 226 – 235.
- **Polyadelphia**, Polyandria. 236.
- **Syngenesia**
  - Polygamia
    - aequali, corolla
      - ligulata. 237 – 249.
      - tubulata. 250 – 257.
    - superflua, corolla
      - tubulata. 258 – 261.
      - radiata. 262 – 270.
    - frustranea. 271. 272.
  - Monogamia. 273. 274.
- **Gynandria**
  - Diandria. 275 – 278.
  - Polyandria. 279.
- **Monoecia**
  - Diandria. 280.
  - Triandria. 281 – 283.
  - Tetrandria. 284. 285.
  - Pentandria. 286.
  - Polyandria. 287 – 292.
  - Monadelphia. 293.
  - Syngenesia. 294.

- **Dioecia**
  - Diandria. 295.
  - Triandria. adp.
  - Tetrandria. 296.
  - Pentandria. 297. 298.
  - Octandria. 299.
  - Enneandria. 300. 301.
  - Monadelphia. 302.
- **Polygamia**
  - Hermaphroditus & mas. 303. 304.
  - Hermaproditus & femina. 305 – 307.
- **Cryptogamia**
  - Filices, fructificatione in
    - caule. 308 – 310.
    - foliis. 311. 312.
  - Musci
    - non calyptrati. 313 – 315.
    - calyptrati. 316 – 320.
  - Algae. 321 – 328.
  - Fungi. 329 – 337.

FLORAE

# FLORAE GEDANENSIS

## Classis I.

## *MONANDRIA.*

Flores hujus Classis stamine tantum unico donantur, & sunt vel Monogynii, vel Digynii, quorum illi stylo unico, hi duobus stylis praediti. Ex utroque Ordine Genus unum nobis familiare.

### *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

1. HIPPURIS.

*Calyx* nullus. *Corolla* nulla. *Stamen* receptaculo floris insidet. *Pistillum* germen oblongum infra receptaculum; Stylus subulatus in-

*Monogynia.* tra ſtamen, longior ſtamine. *Pericarpium* nullum. *Semen* unicum, ſubrotundum.

1. *Hippuris vulgaris. L.* Equiſetum paluſtre, brevioribus foliis, polyſpermum. B. Folia verticillata, linearia, conferta, brevia. Fructificatio patens plantam ab Equiſetis diſtinguit, in quibus latet, quare inter Cryptogamia locum habent; in foſſis bey der Mottlau, & alibi.

*Digynia.*

## B. *Digynia.*

### 2. CALLITRICHE.

*Cal.* nullus. *Cor.* Petala duo incurva, canaliculata. *Stam.* longum, recurvum. *Piſt.* germen ſubrotundum; Styli capillares, recurvi. *Pericarp.* capſula quadrangularis, compreſſa, bilocularis. *Sem.* ſolitaria, oblonga.

† 1. *Callitriche minima. L.* Lenticula paluſtris bifolia, fructu tetragono. B. Stellaria foliis omnibus ſubrotundis. Haller. helv. Eſt planta puſilla in paludibus aeſtate exſiccatis creſcens. Julio.

† 2. *Callitriche bifida. L.* Stellaria foliis omnibus anguſtis, apice reſecto. Haller. Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio in apice diſſecto. Loeſel.

† 3. *Callitriche natans. L.* Stellaria aquatica. B. Stellaria foliis ad caulem anguſtis, in ſummitate ſubrotundis. Haller. In foſſis & aquis ſtagnantibus April & Maj. adparet, & foliis ſummis aquae innatantibus ſtellam refert.

Callitrichen Linnaeus in Spec. Plant. Monoeciis adnumeravit, ſed in Generib. & in edit. noviſſima Syſtem. Nat. huc eam retulit, & nomen ſpecificum impoſuit: Callitriche foliis ſuperioribus ovalibus, floribus androgynis.

Clas-

# Classis II.

## *DIANDRIA.*

Staminibus duobus; ſuntque vel Monogynia vel Digynia.

### *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

Florum hujus Ordinis corolla vel eſt monopetala: Liguſtrum. Veronica. Verbena. Lycopus. Salvia; vel dipetala: Circaea.

#### *a. Corolla monopetala.*

#### 3. LIGUSTRUM.

*Cal.* monophyllus minimus, quadridentatus. *Cor.* tubus calyce longior, limbo quadripartito. *Piſt.* germen ſubrotundum; Stylus breviſſimus. Stigma bifidum. *Pericarp.* bacca unilocularis. *Sem.* quatuor.

† 1. *Liguſtrum vulgare. L.* Liguſtrum germanicum. B. Planta in hortis nota, ſed licet nec Oelhafius nec Loeſelius ejusdem meminerit, apud nos tamen ſponte creſcit, & in collibus hinter dem Grünenhofe inter virgulta floret Junio.

#### 4. VERONICA.

*Cal.* quadripartitus, perſiſtens. *Cor.* tubus longitudine fere calycis, limbus quadripartitus, lacinia infima anguſtiore, oppoſita latiore. *Piſt.*

*Monogynia.*

germen compreſſum. Styl. filiformis, declinatus. *Pericarp.* capſula obcordata, biloçularis, quadrivalvis. *Sem.* plurima.

† 1. *Veronica ſpicis terminalibus, foliis ternis, inaequaliter ſerratis. L.* bey Karlkau, Junio. Spicae laxiores.

† 2. *Veronica ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis acuminatis. L.* Veronica ſpicata latifolia. B. auf der Saspe, Auguſt. Spicae longae, denſae.

† 3. *Veronica ſpica terminali, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo. L.* Veronica ſpicata minor. B. hinter dem grünen Hofe, Junio. Spicae breviores, floribus majoribus.

4. *Veronica ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. L.* Veronica mas ſupina & vulgatiſſima. B. Ehrenpreis. Parcius in ſylvis noſtris, im Jaſchkenthal ſemel vidi, Junio.

5. *Veronica mas erecta. B.* Oelhafius invenit, Julio; forte Varietas quaedam.

† 6. *Veronica racemo terminali ſubſpicato, foliis ovatis glabris crenatis. L.* Veronica pratenſis ſerpyllifolia. B. im Herbergiſchen Walde, Junio.

7. *Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. L.* Anagallis aquatica major, folio ſubrotundo. B. in omnibus fere rivulis, im Jaſchkenthal, im Herbergiſchen Walde, bey Emaus, & alibi, Junio.

8. *Veronica racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto. L.* Anagallis aquatica major, folio oblongo. B. haec & praecedens ſpecies Bachbungen vocantur, ſed ultima apud nos parcius reperitur.

9. *Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis rugoſis dentatis, caule debili. L.* Chamaedrys ſpuria rotundifolia minor. B. copioſe in ſylvis & pratis, Majo & Junio.

† 10.

† 10. *Veronica floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo brevioribus. L.* Alſine chamaedryfolia, floſculis pediculis oblongis inſidentibus. B. im heiligen Brunnen. *Monogynia.*

11. *Veronica floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. L.* Alſine hederulae folio. B. in arvis & hortis ſponte creſcit, April & Maj.

† 12. *Veronica floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis pedunculo brevioribus. L.* Alſine triphyllos coerulea. B. Folia inferiora in quinque, ſuperiora in tres lacinias dividuntur, flores ſpecici 9 ſimillimi; ad viam bey Emaus, Majo. Flores Veronicarum omnes nunc intenſius nunc dilutius coerulei, ſed ſpeciem 10, ſeu ejus Varietatem floribus perfecte albis reperi.

## 5. VERBENA.

*Cal.* monophyllus, quinquedentatus, denticulo quinto truncato. *Cor.* tubus dilatatus, incurvatus, limbus quinquefidus. *Stam.* quatuor breviſſima. *Piſt.* germen tetragonum. Styl. filiformis. *Pericarp.* fere nullum. *Sem.* quatuor.

1. *Verbena tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule ſolitario. L.* Verbena communis flore coeruleo. B. Eiſenkraut, parcius apud nos floret, im heiligen Brunnen, Stries, & aliis locis, Auguſt. Licet haec & aliae ſpecies ſtamina gerant quatuor, adeoque ad Claſſ. 4. pertineant, tamen plures aliae ſtaminibus duobus inveniuntur, ergo inter Diandria relatum Verbenae genus. Quodvis Syſtema ſuas patitur exceptiones.

## 6. LYCOPUS.

*Cal.* monophyllus, ſemiquinquefidus. *Cor.* tubus cylindraceus, limbus quadrifidus, obtuſus, laci-

*Monogynia.* lacinia ſuperiore emarginata latiore, inferiore minore. *Stam.* ad laciniam ſuperiorem inclinata. *Piſt.* germen quadrifidum. Styl. filiformis; Stigma bifidum, reflexum. *Pericarp.* nullum. *Sem.* quatuor.

1. *Lycopus foliis ſinuato-ſerratis. L.* Marrubium paluſtre glabrum. B. Flores parvi, verticillares, albi, maculis rubris adſperſi. Folia bina ad quodvis verticillum; ad ripas aquarum bey Emaus, heiligen Brunnen, & alibi. Jul. Aug.

## 7. SALVIA.

*Cal.* ſtriatus, ſuperne ampliatus, compreſſus, bilabiatus, labio inferiore bidentato. *Cor.* tubus ſuperne compreſſus & ampliatus, bilabiatus, labium ſuperius concavum, inferius trifidum, lacinia media majori. *Stam.* Filamenta breviſſima, quibus duo alia transverſim adfixa, quorum extremitati ſuperiori Anthera inſidet. *Piſt.* germen quadrifidum; Stylus longiſſimus; Stigma bifidum. *Pericarp.* nullum. *Sem.* quatuor.

1. *Salvia foliis cordato-oblongis crenatis, ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis. L.* Horminum pratenſe foliis ſerratis. B. Planta ingrati odoris, floribus coeruleis vel purpureis, foliis ex atro rubentibus. Oelhafius zum Bringenzu invenit, Julio, qui locus hodie vix notus.

2. *Salvia foliis rugoſis oblongo-cordatis ſerratis, floralibus calyce longioribus concavis acuminatis. L.* Horminum Sclarea dictum. B. Floribus coeruleis. Oelhafius zur guten Herberge invenit, Junio.

*b. Co-*

*b. Corolla dipetala.* *Monogynia.*

8. CIRCAEA.

*Cal.* diphyllus, foliolis concavis, deflexis, deciduis. *Cor.* Petala cordata, patentia *Pist.* germen turbinatum, sub receptaculo, stylus filiformis. *Pericarp.* capsula ovata, hispida, bilocularis, bivalvis. *Sem.* solitaria, oblonga.

1. *Circaea caule erecto, racemis pluribus. L.* Solanifolia Circaea dicta major. B. Oelhafius am frischen Haf bey Tiegenhof invenit, Julio.

† 2. *Circaea caule adscendente, racemo unico, L.* Solanifolia Circaea alpina. B. Calyx coloratus intensius rubet quam petala; im Wald hinter Karlkau, Julio.

*B. Digynia.* *Digynia.*

9. ANTHOXANTHUM.

*Cal.* uniflorus, bivalvis, valvulis inaequalibus. *Cor.* Gluma bivalvis, valvula utraque aristam e dorso emittente. *Stam.* capillaria, longissima; Antherae oblongae bifurcatae. *Pist.* Styli filiformes, Stigm. simplicia. *Sem.* unicum.

† 1. *Anthoxanthum spica ovato-oblonga, flosculis subpeduiculatis aristis longioribus. L.* Gramen pratense spica flavescente. B. Gramen montanum odoratum spicatum. Loesel, & Gramen arvense odoratum spicatum. Ejusd. Aristae breves vix ultra calycem protenduntur. Spica soepe fusca vel purpurea evadit; in montibus & campis vor dem Oliwischenthor copiosissime floret, Majo. Hoc Genus unicum inter Gramina staminibus duobus praeditum; reliqua fere omnia in sequ. Classe locum habent.

Clas-

# Classis III.

## *TRIANDRIA.*

Staminibus tribus; secundum numerum Stylorum subdividuntur in Monogynia, Digynia & Trigynia.

*Monogynia.*

### *A. Monogynia.*

Valeriana. Iris. Scirpus. Eriophorum.

#### 10. VALERIANA.

*Cal.* vix ullus. *Cor.* tubus gibbus, limbus quinquefidus. *Stam.* subulata. *Pist.* germen infra receptaculum, Stylus filiformis. *Pericarp.* capsula decidua, pappo coronata. *Sem.* oblonga.

1. *Valeriana floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. L.* Valeriana sylvestris major, B. Baldrian. E longinquo florem umbellatum fere refert, a quo tamen pedunculis florum non ex eodem centro productis differt; flores albi vel paulum rutili; in locis humidis im heiligen Brunnen, Junio.

2. *Valeriana floribus triandris dioicis, foliis pinnatis. L.* Valeriana palustris minor. B. Folia radicalia ovata petiolata, caulina pinnata; flores masculini & feminini in distincta planta; in udis passim, im Ellernwald auf der Saspe, Jun. Jul.

† 3. *Valeriana floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. L.* Valeriana campestris inodora major. B. Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis integris, fructu simplici. L. hort. Cliffort. Folia radicalia per hyemem virent, & inter aesta-

acetaria menſis adponuntur, quae tunc apud nos singulari prorſus nomine Fettkauſch adpellantur; in agris & campis floret Junio. Semina compreſſa, nec pappo coronata, hinc ab aliis peculiare genus Valerianellae formatur. Coeterum Linnaeus has ſpecies floribus triandris adpellat, quia dantur aliae floribus monandris, diandris & tetrandris. *Monogynia.*

## 11. IRIS.

*Cal.* Spathae, flores diſtinguentes. *Cor.* Petala ſex, tria exteriora reflexa, tria interiora erecta, omnia unguibus connata. *Stam.* ſubulata, petalis reflexis incumbentia. Antherae oblongae, depreſſae. *Piſt.* germen infra receptaculum, Stylus breviſſimus, Stigma maximum tripartitum, laciniis reflexis, ſtamina tegentibus. *Pericarp.* Capſula trilocularis. *Sem.* magna.

1. *Iris corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. L.* Acorus adulterinus. B. Iris paluſtris lutea. Tabern. Waſſerlilien. Flos notiſſimus; in foſſis, paludibus & ſtagnis, Junio.

† 2. *Iris corollis imberbibus, petalis internis longitudine ſtigmatis, foliis enſiformibus. L.* Gladiolus foetidus. B. In aquis ſtagnantibus; rarius quam praecedens; inveni im Bauamt. Petala fuſca, venis purpureis picta. Capſula ſeminalis dehiſcens ſemina oſtendit matura, quae intenſe rubent.

Vocantur corollis imberbibus, quia aliae ſpecies petala reflexa barbata ſeu villoſa gerunt, quae barbae Nectarium conſtituunt.

12. SCIR-

*Monogynia.*

## 12. SCIRPUS.

*Cal.* Spica imbricata, ſquamis ovatis. *Cor.* nulla. *Piſt.* germen minimum. Styl. longus. Stigmata tria capillaria. *Pericarp.* nullum. *Sem.* unicum triquetrum, villis inſtructum.

† 1. *Scirpus culmo tereti nudo, ſpica ſubovata imbricata. L.* Juncus paluſtris capitulo equiſeti major. B. Spica unica, brevis in quovis culmo; ad paludes floret, Junio.

† 2. *Scirpus culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ovata bivalvi, ſeminibus nudis. L.* Scirpus minimus, culmo tenuiſſimo vix duplum ſetae equinae craſſitie adaequante, duas aut tres uncias longo; ſpica tres lineas longa, in qua tantum duae ſquamae exteriores bene conſpicuae; reliquae, ſi adſunt, obſcurius imbricatae & abſconditae. Breynius miſit Scheuchzero, cui audit: Scirpus minimus ſpica breviore ſquamoſa ſpadicea.

† 3. *Scirpus culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. L.* Juncus maximus ſeu Scirpus major. B. Binſen, in aquis ſtagnantibus, im Jaſchkenthal, & alibi, Jul. Aug. Spicae fuſcae.

4. *Scirpus culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, ſpicularum ſquamis trifidis, intermedia ſubulata. L.* Gramen cyperoides panicula ſparſa majus. B. Cypergras. Oelhafius vidit, an der Mottlau, Tempelburg, Junio.

† 5. *Scirpus culmo triquetro folioſo, umbella foliacea, pedunculis nudis ſupra decompoſitis, ſpicis confertis. L.* Gramen cyperoides miliaceum. B. Gramen arundinaceum foliis acutiſſimis, panicula multiplici, cyperi facie. Loeſel. Panicula ſparſa, ſpicae parvae, numeroſae, virides; in foſſis bey Schellmühl, hinter Neuſchottland, & alibi copioſe.

13. ERIO-

13. ERIOPHORUM. *Monogynia.*

*Cal.* Spica imbricata, squamis ovatis, laxis. *Cor.* nulla. *Pist.* germen minimum. Styl. longitudine squamae, Stigmata tria longiora reflexa. *Pericarp.* nullum. *Sem.* triquetrum, villis longissimis.

1. *Eriophorum culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. L.* Gramen pratense tomentosum, panicula sparsa. B. Flachsgras. Spicae breves, pedunculis longis insidentes. Pappus seu villi seminum longi, densi, albi, splendentes, e longinquo flores albos referunt; in pratis humidis bey Karlkau, Zoppoth, copiose floret Majo, pappus vero ex spicis pendet Jun. & Julio.

## B. *Digynia.* *Digynia.*

Huc fere omnia Graminum genera, Holco excepto, pertinent, quae in plurimis fructificationis partibus multum conveniunt, ut sufficiat hic in limine eas describere, & postea differentias tantum cujusvis generis indicare. Calyx duabus glumis constat, qui ideo bivalvis dicitur; in harum sinu flores, vel unicus, vel plures, quorum quilibet itidem duabus glumis, seu valvis, petalorum vicem sustinentibus, instructus. Staminum filamenta capillaria. Antherae oblongae. Germen subrotundum. Styli reflexi. Stigmata oblonga. Pericarpium nullum, quia corolla plerumque arcte clausa semini, quod in quovis flore unicum, adnascitur, & cum illo, ubi maturum, decidit. Secundum numerum Florum commode subdividuntur in Gramina, a. calyce unifloro: Phalaris. Panicum. Phleum. Alopecurus. Agrostis.

Digynia

ſtis. Lagurus. Arundo. b. calyce biflore: Aira. Melica. c. calyce multiflore: Poa. Briza. Dactylis. Cynoſurus. Hordeum. Triticum. Avena. Lolium. Bromus. Feſtuca.

*a. calyce unifloro.*

## 14. PHALARIS.

*Cal.* Glumae compreſſae, carinatae. *Cor.* Calyce minor, valvula exteriore convoluta majore. *Stigmata* villoſa.

† 1. *Phalaris panicula cylindrica ſpiciformi. L.* Gramen typhoides aſperum primum. B. Spica longa Phleo quodammodo ſimilis, ſed gracilior, neque ut illa ariſtis armata. im Herbergiſchen Walde, Junio.

† 2. *Phalaris panicula oblonga ventricoſa. L.* Gramen arundinaceum ſpicatum. B. Panicula nunc contracta, ut ſpicam fere mentiatur, nunc magis expanſa ramulos ſuos floribus denſe congeſtis onuſtos oſtendit; calyces virides aut albidi, ſoepe etiam purpurei; corolla glabra, ſplendens, ad baſin brevi pappo hirſuta; locis humidis, an der Weichſel, in Schellmühl, & alibi, Junio.

## 15. PANICUM.

*Cal.* Valvulae tres, tertia minima. *Cor.* Valvulae inaequales. *Stigmata* plumoſa.

† 1. *Panicum ſpica tereti, involucellis biflоris faſciculato-piloſis. L.* Gramen paniceum, ſeu Panicum ſylveſtre ſimplici ſpica. B. Calycis glumae pilis calyce longioribus undique cinctae, qui involucella Linnaei; vaginae foliorum, quae in aliis graminibus membrana albida ad internam foliorum baſin terminantur, hic etiam pilos ſubtiliſſimos oſtendunt;

dunt; locis ſiccis, am Rinkauiſchen Berge, Junio, Jul. *Digynia.*

## 16. PHLEUM.

*Cal.* Valvulae aequales, ariſtatae, apice bicuſpidato. *Cor.* calyce brevior, valvula exteriore amplexante interiorem. *Filam.* calyce longiora. *Antherae* bifurcatae. *Stigmata* plumoſa.

† 1. *Phleum ſpica cylindrica longiſſima. L.* Gramen typhoides maximum, ſpica longiſſima. B. Spicae Phleorum denſae, teretes, longae; ariſtae piliformes, ut villoſae videantur; calycis glumae per dorſum pilis tenuiſſimis veluti ciliatae; hinc Joh. Bauhino Gramina cum cauda muris dicuntur. Ariſtae in hac ſpecie prae coeteris longiores; in pratis fertilibus communiſſimum, Majo.

† 2. *Phleum ſpica ovato-oblonga, baſi ſterili, culmo ſubrepente, radice bulboſa. L. Syſt. Nat.* Gramen typhoides aſperum alterum. B. Spica brevior, gracilior, denſiſſime imbricata; calycis glumae minores, ariſtis breviſſimis, pilis rarioribus & brevioribus ciliatae; locis arenoſis ad viam nach dem heiligen Brunnen, Junio.

† 3. *Phleum ſpica foliacea.* Gramen typhoides ſpica purpuraſcente foliacea. Scheuchz. Spica brevis, anguſta; ariſtae breviſſimae aut fere nullae; glumae parum ciliatae aut glabrae. Singulare eſt, quod hinc inde glumae calycis & floris multo reliquis majores & craſſiores prorumpunt, quae ſpicam inaequalem reddunt; in montibus noſtris, ſpeciatim in illo qui ad viam vom Grünenhof nach Diwelkau ſitus, & ab uno latere fruticetis veſtitus, Junio.

† 4. *Phleum ſpica oblonga.* Species haec cum Phleo ſpica ovato-cylindracea Linn. ſeu Gramine typhoide alpino ſpica brevi denſa & veluti villoſa Scheuchz. in eo convenit, quod folii ſupremi vagina

*Digynia.*

ventricosa, folia brevia, spica apice rotundior, aristae breves, & flosculi plures uni breviſſimo pedicello insident, sed differt vaginae foliorum membrana non breviſſima sed unam aut duas lineas longa, itemque pilis ciliaribus calycem tantum, non vero aristam ipsam obsidentibus; in pratis hinter dem Grünenhofe, Junio.

## 17. ALOPECURUS.

*Cal.* Valvulae compreſſae, aequales. *Cor.* univalvis, aristata. *Antherae* bifurcatae. *Stigmata* simplicia.

† 1. *Alopecurus culmo spicato, erecto, calycibus villosis, aristis paulum ultra calycem productis.* Gramen myurum spica molli, candicante, villosa. Scheuchz. Differt ab Alopecuro culmo spicato erecto. Linn. aristis brevioribus & calyce villoso. Breynius Scheuchzero misit.

## 18. AGROSTIS.

*Cal.* Valvae acuminatae. *Cor.* valvae inaequales, major interdum aristata. *Filam.* corolla longiora. *Styli & Stigmata* villosa.

† 1. *Agrostis petalo exteriore exserente aristam rectam strictam longissimam. L.* Gramen segetum altiſſimum panicula sparsa. B. Ackerſtrausgras. Panicula laxa ramis seu pedunculis longis, flosculis parvis, copiosis, sparsis, viridibus aut rubentibus; inter segetes, Junio.

† 2. *Agrostis panicula tenui, valvulis calycinis inaequalibus, petalorum arista dorsali recurva minima.* an Gramen parvum paniculatum alpinum, panicula spadicea aristatum. Scheuchz? bey Karlkau, Junio.

† 3. *Agrostis panicula angusta densiuscula, valvulis calycinis aequalibus, petalorum arista dorsali recurva minima.*

*Digynia.*

*nima.* Gramen a gramine pratenſi ſpica fere arundinacea, glumis parum ariſtatis differens. Scheuchz. Panicula ſpadicei coloris; in montibus, Junio.

† 4. *Agroſtis panicula capillari patente, calycibus ſubulatis aequalibus hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis. L.* Gramen montanum, panicula ſpadicea delicatiore. B. Ramuli tenuiſſimi, capillares, interdum paulo craſſiores; in montibus Junio. Varietatem calycibus glabris ibidem inveni, Julio.

† 5. *Agroſtis panicula laxa, calycibus muticis aequalibus. L.* Calyces ovati, virides, floſculi mutici; in ſylva bey dem heiligen Brunnen, Junio.

† 6. *Agroſtis panicula denſa coarctata mutica, calycibus anguſtis.* an. Gramen alpinum panicula fere arundinacea ſpadiceo-viridi, locuſtis muticis. Scheuchz? huic enim valde ſimilis; neque locus, qui illi Alpes, obſtat; invenit plantam in udis, ego ad Viſtulam, Junio. Plura Gramina alpina nominat, quae tamen etiam a Breynio circa Gedanum collecta & ſibi miſſa fatetur.

† 7. *Agroſtis panicula ſparſa, mutica, calycum valvulis aequalibus, anguſtis, longiuſculis.* Panicula longa, ramuli plures eodem loco erumpentes, tenuiſſimi, ſparſi, calyces virides, ſplendentes; im Ellernwald auf der Saspe, Julio.

† 8. *Agroſtis panicula mutica, floſculis ſolitariis.* Culmo tenui pauci ramuli inſident capillares fere, vel ſolitarii vel bini eodem loco, qui plerumque non ſubdividuntur, ſed unicum gerunt floſculum, cujus calyx anguſtus, viridis; corolla ubi clauſa ovata, calyce tantillum longior; in ſylvis, Junio.

## 19. LAGURUS.

*Cal.* Valvae lineares in ſetam pennatam deſinentes. *Cor.* valvula major tribus ariſtis armata. *Stigm.* villoſa.

Digynia.

1. *Lagurus ſpica ovata. L.* Gramen alopecuroides ſpica rotundiore. B. Oelhafius in pratis & ſecus margines agrorum vidiſſe adfirmat, niſi forte aliud Gramen intellexit, & nomina minus convenientia adpoſuit; Linnaeus certe regiones Europae meridionales ei adſignat, neque Loeſelius hujus mentionem facit.

## 20. ARUNDO.

*Cal.* Valvulae inaequales. *Cor.* valvae lanugine cinctae e baſi erumpente. *Antherae* bifurcatae. *Styli* villoſi. *Stigm.* ſimplicia. *Sem.* baſi pappo longo inſtructum. Species ultima calyce multifloro eſt.

† 1. *Arundo calycibus unifloris, panicula erecta, foliis ſubtus glabris. L.* Gramen arundinaceum paniculatum montanum, panicula ſpadiceo-viridi, ſemine pappoſo. Scheuchz. Panicula denſa, anguſta, longa; creſcit locis ſiccis, in montibus, & ad viam nach dem heiligen Brunnen, Julio.

† 2. *Arundo calycibus unifloris, culmo ramoſo. L.* Gramen arundinaceum, panicula molli ſpadicea majus. B. Panicula aliquantum ſparſa, & pappo quaſi ſericeo ſplendens; glumae calycis virides & ſpadiceae aequales; in humidis, im Jaſchkenthal, Junio. Aliam ſpeciem minorem, vel varietatem calycis glumis inaequalibus Breynius miſit Scheuchzero.

† 3. *Arundo calycibus unifloris, foliis involutis mucronato-pungentibus. L.* Gramen ſparteum ſpicatum, foliis mucronatis longioribus, B. Folia convoluta ſuperficie interiore ſtriata aut ſulcata, exteriore glabra & nitida, glauci fere coloris; licet in ſicca planta arcte involvantur, in viva tamen interdum expanſa & rigida ſunt. Panicula ſpicata fere, denſa, pappo brevi; in littore maris, Junio.

4. *Arundo*

4. *Arundo calycibus quinquefloris, panicula laxa. L.* Arundo vulgaris seu phragmites Dioscoridis. B. Rohr. Folia subtilissime serrata; vagina foliorum non in membranam sed in pilos desinit; panicula longa, sparsa, obscure spadicea; pappus longus splendens; in paludibus & aquis stagnantibus, Julio.

*b. calyce bifloro.*

## 21. AIRA.

*Cal.* Valvulae aequales. *Cor.* valvulae similes, altera interdum aristata. *Styl.* setacei. *Stigm.* pubescentia.

† 1. *Aira foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis aristatisque, arista recta brevi. L.* Gramen segetum panicula arundinacea. B. Folia superne aspera; panicula longa, antequam penitus explicata, pulcherrime variis coloribus resplendet, si radiis solaribus exposita & ventis agitata; glumae calycis spadiceae aut virides, flosculorum virides aut albidae, parvae, angustae; in pratis humidis & ad Vistulam, Junio.

† 2. *Aira foliis subulatis, panicula densa, flosculis basi pilosis aristatis, arista brevi. L.* Gramen avenaceum capillaceum, minoribus glumis argenteis vix aristatis, foliis longioribus. Scheuchz. Panicula sparsa, quia ramuli, bini plerumque eodem loco erumpentes, ad aliquod spatium nudi, postea subdividuntur, & floribus dilute fuscis & albidis vestiuntur; in sylva horti Groddeckiani in der Ohra, Augusti.

† 3. *Aira foliis setaceis, summo paniculam inferne obvolvente. L.* Gramen foliis junceis, radice jubata. B. Panicula angusta, ramulis binis capillaceis eodem loco erumpentibus, moxque subdivisis; glumae

Digynia.

calycis & floſculorum virides & albidae, pauco ſpadiceo admixto; antherae rubrae; florum gluma exterior e baſi ariſtam tenuiſſimam emittit, vix ultra florem productam, apice craſſeſcentem. Planta humilis, locis ſterilibus copioſe creſcit, in montibus & ad vias nach der Oliwa, Junio.

† 4. *Aira foliis ſetaceis, panicula divaricata, floribus ariſtatis diſtantibus. L.* Caryophyllus arvenſis glaber minimus. B. Panicula ſparſa, ramulis binis capillaribus eodem loco provenientibus; glumae purpureae ſplendentes, margine & apice albidae; floſculi ex dorſo glumae alterius ariſtam tenuem recurvam emittunt. Breynius circa Gedanum collectam Scheuchzero miſit.

† 5. *Aira panicula ſpicata, floribus muticis pedunculo longioribus, glumis acuminatis inaequalibus. L.* Gramen ſpica criſtata ſubhirſutum. B. Panicula anguſta, interrupta, ramulis brevibus, quibus floſculi denſe inſident; calycis glumae fuſcae; floſculi viridantes; antherae purpureae; auf der Saspe, Auguſt; aliis in locis citius floret. Hujus Varietates a) Gramen pumilum, hirſutum, ſpica purpuro-argentea molli. Scheuchz. Panicula aeque anguſta & interrupta, ſed denſior, & longior, ſpecioſa purpura & argento, ubi vero effloruit, penitus albeſcit; im Wald bey Brentau, Junio. b) Gramen ſpicatum ſecalinum, foliis anguſtiſſimis, breviſſimis, mucronatis, glaucis, ſpica divulſa. Scheuchz. Panicula prioribus ſimilis, aliquantum tenuior, ſplendens, viridis & purpurea, bey Karlkau, Junio.

† 6. *Aira foliis planis, panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis convoluto-ſubulatis. L.* Gramen arundinaceum enode minus ſylvaticum. B. Hoc Gramen arundinis vulgaris faciem e longinquo viſum refert; vagina foliorum in pilos ſicut in arundine terminatur; panicula aeque denſa, ſpadicea,

dicea, angusta; flores calyce longiores arctissime convoluti & subulati, ut ante floreſcentiam difficillime ſeparari queant; in foſſis & paludibus auf der Saspe, Auguſt. Sept. *Digynia.*

† 7. *Aira foliis planis, panicula patente, floribus muticis laevibus calyce longioribus. L.* Gramen caninum ſupinum paniculatum dulce. B. Panicula laxa, ſparſa, ex ſpadiceo, fuſco, viridi & albo variegata. Breynius Scheuchzero miſit.

## 22. MELICA.

*Cal.* Valvae ovatae, concavae. *Cor.* valva altera concava, altera plana; inter binos flores adhuc rudimentum quaſi floris tertii peculiari pedunculo ſuffultum apparet. *Antherae* bifurcatae. *Stigm.* villoſa.

† 1. *Melica petalis imberbibus, panicula nutante ſimplici. L.* Gramen montanum avenaceum, locuſtis rubris. B. Culmo tenui & humili breves inſident pedicelli ſolitarii aut quandoque bini eodem loco, quorum quilibet unico flore tumidiuſculo terminatur; glumae calycis purpureae, florum virides, verſus unum latus plerumque ſpectantes. His notis facillime ab omnibus graminibus diſtinguitur; im Herbergiſchen Walde, im heiligen Brunnen, Majo.

### c. *calyce multifloro.*

## 23. POA.

*Cal.* Valvae ovatae, muticae, ſpica florum ovato-oblonga, diſticha. *Cor.* valvae compreſſae, calyce paulo longiores. *Anth.* bifurcatae. *Styl.* & *Stigm.* villoſa.

† 1. *Poa panicula diffuſa, ſpiculis ſexfloris linearibus. L.* Gramen paluſtre paniculatum altiſſimum. B. Va-

Digynia.

ginae foliorum ad eorum originem duabus maculis fuscis triangularibus notatae; folia longa ut & panicula, quae pluribus ramulis eodem loco erumpentibus, varie subdivisis, & numerosis spiculis vestitis instructa; quaevis spicula in calyce suo communiter sex flosculos, interdum plures aut pauciores ostendit, coloris fusci; ad fossas & paludes, Junio.

† 2. *Poa panicula diffusa, spiculis quinquefloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti. L.* Gramen pratense paniculatum medium. B. Spiculae communiter flores quinque saepe tamen pauciores continent, quibus alba & subtilis quaedam lanugo adhaeret; ramuli duo vel tres uni culmi loco insident; color paniculae viridis; in pratis, & auf dem Wall, Jun. Jul.

† 3. *Poa panicula diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti. L.* Gramen pratense paniculatum majus, angustiore folio. B. Ramuli plures eodem loco erumpunt, panicula expansa; flosculi quatuor aut tres, coloris viridis, interdum spadiceo admixto; in pratis & ad vias, Majo. Hujus Varietates a) Gramen pratense paniculatum majus, foliis praeter culmum angustioribus, in culmo latioribus. Scheuchz. Panicula angusta, sparsa, pyramidata; varietas potissimum in foliis consistit, quae & quodam modo hirsuta; in pratis, Junio. b) Gramen pratense paniculatum medium, angustiore folio. Scheuchz. hoc tantum radice magis repente, & flosculis communiter tribus a prioribus differt. Breynius circa Gedanum collegit. Difficile est species hujus Graminis, nedum varietates satis distinguere. Numerus flosculorum si constans esset, optimam notam ministraret, sed saepe variat; plurimae ergo spiculae examinandae, ut numerus potior innotescat.

† 4. *Poa panicula diffusa, spiculis trifloris glabris, culmo erecto tereti. L.* Gramen pratense paniculatum majus

majus, latiore folio. B. Panicula laxior, ramuli plures, flosculi tres, frequenter duo, hinc spicularum latitudo saepe longitudini aequalis, color viridis aut spadiceus; in omnibus pratis, Junio.

† 5. *Poa panicula diffusa, angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. L.* Gramen pratense paniculatum minus album. B. Haec species non solum magnitudine a prioribus differt, sed etiam ramulis ad angulos rectos ex culmo, binis eodem loco oriundis; spiculae flosculos quatuor aut quinque communiter continent; ubique ad vias & in hortis per totum annum floret, quia planta annua, quae brevissimo tempore crescit & matures cit. Hujus Varietas; Gramen pratense paniculatum minus rubrum. B. quod non solum colore paniculae rubro, qui in priore viridis vel albescens, sed etiam ramulis solitariis differt, quae nota, si constans esset, condendae novae speciei sufficeret; vidi tamen etiam ramulos binos in panicula rubra, licet rarius; iisdem locis cum priore, Majo potissimum & Junio.

† 6. *Poa panicula attenuata, spiculis subbifloris mucronatis scabris, culmo incurvo. L.* Gramen paniculatum angustifolium alpinum, locustis rarioribus & angustioribus non aristatis. Scheuchz. Panicula longa, angusta, laxa, ramulis binis vel pluribus, erectis, parum subdivisis, calycibus angustis bi- vel trifloris, viridibus aut fuscis; in sylvis, Junio. Hujus Varietas: Gramen cirrosa & villosa spongia ad singula genicula donatum, paniculatum alpinum. Scheuchz. quae spongia glomerulo filamentorum fuscorum vel radicularum capillarium constat. Breynius misit Scheuchzero, qui idem in Alpibus observavit. Dantur & aliae Varietates, calycibus angustissimis, aut spiculis confertis numerosis, aut ramulis culmo adproximatis, spiculis paucis differentes.

Ramuli

Digynia. Ramuli semper in inferiore paniculae parte numerandi, nam superiore minuuntur, & ex pluribus bini, demum solitarii evadunt.

## 24. BRIZA.

*Cal.* Valvulae aequales, concavae, obtusae, spica florum cordata, districha. *Cor.* valvula inferior magnitudine calycis, superior plana, minima. *Stigm.* plumosa.

1. *Briza spiculis ovatis, calyce flosculis breviore. L.* Gramen tremulum majus. B. Flittergras. Culmo tenui insident ramuli tenuissimi longi, nunc plures, nunc bini eodem loco, parum subdivisi, quibus spiculae breves, tumidae, pulchrae adpendent; flosculis communiter septem; valvae calycis & major florum amplae, concavae, purpureae, margine viridi aut albido; spiculae quia longiusculis & valde tenuibus pedunculis suffultae, levis aurae agitatione moventur, hinc Gramen tremulum; in collibus hinter dem Grünenhofe, Junio.

## 25. DACTYLIS.

*Cal.* Valvae compressae, carinatae, inaequales. *Cor.* glumae, compressae, oblongae, inaequales. *Styl.* villosi. *Stigm.* simplicia.

† 1. *Dactylis panicula secunda glomerata. L.* Gramen spicatum folio aspero. B. Ramuli paniculae solitarii, erecti, longi, superne breviter subdivisi, hinc spiculae, densae, glomeratae, versus unum latus spectantes, glauco-virides, interdum purpura admixta. Flosculi communiter quatuor, quorum glumae, ut & calycis, ita acuminatae, ut breviter aristatae videantur; in pratis & ad vias, Junio.

26. CY-

Digynia.

## 26. CYNOSURUS.

*Cal.* Involucrum laterale pinnatificum, valvulae lineares, acuminatae, aequales. *Cor.* valva exterior longior, breviſſime ariſtata. *Styl.* villoſi. *Stigm.* ſimplicia.

† 1. *Cynoſurus bracteis pinnatifidis. L.* Gramen pratenſe criſtatum, ſeu ſpica criſtata laevi. B. Spica anguſta, flosculis verſus unum latus ſpectantibus, viridibus, antheris purpureis. Calyx ab uno latere tegitur folio pinnato ſeu criſtato, quod involucrum dicitur; flosculos continet quatuor aut quinque breves, compreſſos; in pratis, Junio.

## 27. HORDEUM.

*Cal.* Triflorus, loco glumarum ſex foliis linearibus in ariſtas deſinentibus conſtans, duobus cuivis flori ſubjectis. *Cor.* valva inferior ſeu exterior ventricoſa, angulata, ariſtata, interior plana, minor. *Styl.* & *Stigm.* villoſa.

† 1. *Hordeum floſculis lateralibus maſculis ariſtatis. L.* Gramen hordeaceum minus & vulgare. B. Flores laterales maſculi tantum, adeoque ſteriles, flos medius hermaphroditus ſemen continet. Gramen hoc, Hordei ſativi faciem e longinquo ariſtis longis referens, nobis notiſſimum & vulgatiſſimum, ad vias & ſepes, auf dem Wall, vor dem Hohenthor, floret Junio.

## 28. TRITICUM.

*Cal.* Valvae ovatae, obtuſae. *Cor.* valva exterior ventricoſa, interior plana. *Antherae* bifurcatae. *Stigm.* plumoſa.

1. *Triticum calycibus ſubulatis triflorisacuminatis. L.* Gramen caninum arvenſe, ſeu Gramen Dioſcoridis.

*Dignyia.*

dis. B. Queckgras. Spica longa, anguſta diſticha. Valvae calycis & exterior florum, licet obtuſae ſint, tamen acumine donatae, quod ariſta breviſſima dici poſſet, ubique ad vias, Junio.

† 2. *Triticum calycibus ſubulatis quadrifloris ariſtatis. L.* Graminis ſpica triticea repentis vulgaris varietas cum ſpica ariſtata. Scheuchz. Spica priori ſimilis, niſi quod acumina longiora in breves ariſtas abeunt; iisdem locis cum priori, ſed parcius, Junio.

## 29. AVENA.

*Cal.* Valvae lanceolatae, acutae, ventricoſae. *Cor.* valvula exterior durior, ventricoſa, acuminata, e dorſo ariſtam articulatam intortam emittens, interior membranacea mutica. *Anther.* bifurcatae. *Styl.* piloſi. *Stigm.* ſimplicia.

† 1. *Avena calycibus quinqueflori, panicula ſpicata. L.* Gramen avenaceum panicula purpuro-argentea ſplendente. Scheuchz. Panicula ſpicata dicitur, quia ramuli ſeu pedunculi erecti parum a culmo recedunt, & hinc ſpicam laxam referunt, quae tamen ſoepius magis diffunditur. Ramuli pauci, ſoepe bini aut ſolitarii, parum aut non ſubdiviſi, ſpiculae oblongae, magnae. Ariſtae longae, incurvae. Flosculorum numerus ſoepe variat, qui ex purpura & argento pulchre ſplendent; in montibus vor dem Oliwiſchenthor, hinter dem Grünenhofe, Majo. Varietatem panicula argentea ſplendente Breynius invenit.

† 2. *Avena panicula laxa, calycibus bifloris, floſculis baſi piloſis.* Gramen avenaceum paniculatum alpinum, foliis capillaceis brevibus, locuſtis purpureo-argenteis ſplendentibus & ariſtatis. Scheuchz. Ramuli plerumque duo ex eodem loco, longi, criſpati, tenues. Spiculae parvae, ariſtis brevibus. Differt ab Avena fatua Linn. quod in hac calyces triflori,

triflori, ſpiculae magnae, ariſtae longae; itemque ab Avena elatiore Linn. quod in hac flos alter masculus ariſtatus, alter hermaphroditus muticus; in ſylvis, Junio. *Digynia.*

## 30. LOLIUM.

*Cal.* Univalvis, gluma acuminata, rigidiuſcula, flores diſtiche ſpicatos cauli adprimens. *Cor.* valva inferior, lanceolata, convoluta, acuminata, ſuperior paulo brevior. *Stigm.* plumoſa.

† 1. *Lolium ſpica mutica. L.* Gramen loliaceum anguſtiore folio & ſpica. B. Spica longa, compreſſa, conſtans ſpiculis plurimis alternatim & denſe culmo ſine ullo pedunculo adnatis, imo arctiſſime adpreſſis, flosculos plures continentibus, virides, aut ex ſpadiceo & viridi variegatos. Spica quandoque ramos emittit ſpiculis pari modo inſtructos; ad vias & agros copioſe, Julio.

2. *Lolium ſpica ariſtata. L.* Gramen loliaceum ſpica longiore, ſeu Lolium Dioſcoridis. B. Gluma calycis longior, & flosculi ariſtati. Hoc Gramen in Saxonia & Boruſſia Dreſpe vocatur, teſte Loeſelio; Helwingius in Suppl. Flor. Pruſſ. alii Gramini loliaceo ſpica multiplici, ſeu Phoenici Park. hoc nomen tribuit; nobis vero ſpecies quaedam Bromi ſub hoc nomine nota; denominationes ergo germanicae incertae & ambiguae. Oelhafius hoc Lolium inter ſegetes, praecipue triticum, Jul. & Aug. invenit.

Lolium ab omnibus graminibus differt, quod ſpicae ſeſſiles in eodem plano cum culmo ſitae, & ſulco quodam ipſius adeo arcte adplicatae, ut hinc culmus vicem alterius glumae calycinae deficientis praeſtet.

31. BRO-

Digynia.

## 31. BROMUS.

*Cal.* Valvae inaequales, patentes, ovato-oblongae, ſpicam flosculorum continentes. *Cor.* valvulae inaequales, major infra apicem bifidum ariſtam rectam emittit. *Styl.* villoſi. *Stigm.* ſimplicia.

† 1. *Bromus panicula patente, ſpiculis ovatis, ariſtis rectis. L.* Feſtuca graminea glumis glabris. B. Dreſpe nobis. Panicula ſparſa, pedunculis pluribus eodem loco, plerumque non ſubdiviſis, ſpiculis magnis, tumidis, diſtichis, flosculis a quatuor ad duodecim, ariſtis brevibus; inter ſegetes, Jul. Hic Bromus Varietas eſt Feſtucae gramineae glumis hirſutis. B. Aliam Varietatem ariſtis carentem Breynius invenit & Scheuchzero miſit.

† 2. *Bromus panicula nutante, ſpiculis ovato-oblongis. L.* Panicula anguſtior, ſparſa tamen, pedunculis pluribus, brevibus, interdum ſubdiviſis, ſpiculis longis anguſtioribus, ariſtis longioribus. Flosculorum numerus variat; ad vias & agros, Majo.

† 3. *Bromus panicula nutante, ſpiculis linearibus. L.* Gramen avenaceum locuſtis villoſis, anguſtis, candicantibus & ariſtatis. Scheuchz. Panicula contracta, pedunculis duobus aut tribus uno loco, tenuibus & flexuoſis, ſpiculis anguſtis, flosculis paucioribus, ariſtis longis. Culmus cum pedunculis, calycibus & ariſtis interdum purpurei coloris; in montibus vor dem Oliwiſchenthor, Majo.

† 4. *Bromus panicula erecta coarctata. L.* Gramen avenaceum villoſum locuſtis ampliioribus viridantibus, margine argenteo cinctis. Scheuchz. Pedunculi breves, erecti, pauci, ſpiculae ovatae, flosculi quinque ad ſeptem, ariſtae breves; ad vias, item auf dem Wall, Majo.

† 5. *Bro-*

† 5. *Bromus panicula nutante, ſpiculis quadrifloris, ariſtis brevioribus. L.* Gramen bromoides aquaticum latifolium, panicula ſparſa tenuiſſime ariſtata. Scheuchz. Panicula valde laxa, pedunculi bini aut ſolitarii, longo ſatis ſpatio nudi, poſtea pluribus ſpiculis inſtructi anguſtis. Flosculi ſoepe plures quatuor. Ariſtae tenues flexiles. Panicula dilute viridis, albo admixto; bey dem Grünenhofe, Auguſt. Digynia.

Bromus & Feſtuca ſunt genera affinia, quorum maxima differentia in ariſta conſiſtit, quae in illo infra apicem valvae bifidum, in hac vero ex ipſo apice prodit, hinc non mirum quod quaedam ſpecies nunc Bromo nunc Feſtucae adnumerentur, & Synonyma Auctorum quandoque minus certa ſint. Sic ſpeciei Bromi 2dae noſtrae Feſtuca graminea juba effuſa Bauh. & ſpeciei 4tae Feſtuca avenacea ſterilis humilior Bauh. tanquam ſynonyma a Linnaeo adjunguntur, de quibus tamen Scheuchzerus affirmat, ariſtas ex ipſo apice erigi. Forte etiam locus originis ariſtarum variabilis.

## 32. FESTUCA.

*Cal.* Valvae inaequales, ſubulatae, erectae. *Cor.* valvae inaequales, major ex apice ariſtam rectam emittit. *Styl.* villoſi. *Stigm.* ſimplicia.

† 1. *Feſtuca panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiuſculo, foliis ſetaceis. L.* Gramen, foliolis junceis brevibus, majus, radice nigra. B. Panicula fere ſpicata, pedunculis ſolitariis brevibus, parum ſubdiviſis; ſpiculae flosculos quatuor aut quinque continent, ariſtis brevibus. Color ex ſpadiceo & viridi mixtus; in montibus noſtris copioſe, Junio. Varietates hujus Feſtucae plures. a) Gramen foliolis

Digynia.

liolis junceis, brevibus, majus, radice nigra, panicula delicatiore. Scheuchz. Differt pedunculis longioribus & hinc panicula laxiore, ſpiculis tenuioribus, foliis tenuiſſimis filiformibus; im Hersbergiſchen Wald, Junio. b) Gramen foliolis junceis brevibus minus. B. Gramen criſtatum radiculis nigricantibus. Loeſel. glumis hirſutis potiſſimum differt. Breynius hanc & ſequentes Varietates invenit, & cum Scheuchzero communicavit. c) Gramen foliolis junceis brevibus minus, panicula delicatiore, floſculis purpuraſcentibus. Scheuchz. pedunculi interdum bini. d) Gramen foliolis junceis brevibus glaucis, radice nigra, panicula purpuraſcente. Scheuchz.

† 2. *Feſtuca panicula ſecunda ſcabra, ſpiculis ſexfloris ariſtatis, floſculo ultimo mutico, culmo ſemitereti. L.* Gramen alpinum pratenſe, panicula duriore laxa ſpadicea, locuſtis majoribus. Scheuchz. Pedunculi bini aut ſolitarii; in arenoſis ad vias, im Oliviſchen Fichtenwald, Junio.

† 3. *Feſtuca panicula longa coarctata, ſpiculis ovato-oblongis, glumis lanuginoſis & ciliatis.* Feſtuca pratenſis lanuginoſa. B. Faciem Bromi praefert, hinc etiam Scheuchzero Gramen bromoides audit, ſed ariſtae ex glumarum apice exeuntes Feſtucis adſociant. Pedunculi pauci, longi, erecti paniculam anguſtam reddunt, ob gravitatem ſpicularum nutantem; quae grandes, oblongae, anguſtae, virides, villoſae aut lanuginoſae; villi etiam glumarum marginem ſoepe ciliatum faciunt; ariſtae tenues; in ſylva, Junio.

† 4. *Feſtuca panicula longa anguſta, ſpiculis ovatis, glumis ſtriatis, foliis villoſis.* Gramen bromoides montanum hirſutum, panicula minus ſparſa corniculata. Scheuchz. Haec ſpecies etiam Bromo habitu quodam ſimilis. Pedunculi plures uno loco, tenues, longi, erecti; ſpiculae ovatae, mucronatae, angu-

anguſtae, breviores, floſculis quinque; glumae glabrae, virides margine albido, ſtriatae; panicula erecta; in montibus, Junio. *Digynia.*

† 5. *Feſtuca panicula laxa, ſpiculis ſeptemfloris diſtichis, glumis villoſis.* Gramen pratenſe paniculatum elatius, panicula laxa, heteromalla, locuſtis villoſis. Scheuchz. Pedunculi plerumque bini ex uno loco, quorum alter longior quatuor aut quinque ſpiculis inſtructus, alter brevis unicam gerit. Glumae calycis anguſtae, glabrae, virides, floſculorum majores villis longiuſculis hirſutae, dilute-virides, calyce longiores, minores anguſtae, membranaceae, glabrae, albidae. Panicula non perfecte heteromalla aut ſecunda; in ſylva, Junio.

† 6. *Feſtuca panicula ſparſa, ſpiculis anguſtis, teretibus, foliis hirſutis.* Gramen bromoides, panicula ſparſa, locuſtis minoribus ariſtatis. Scheuchz. Pedunculi plures, tenuiſſimi; panicula longa, ramoſa; ſpiculae utrinque mucronatae, viridantes, glabrae, floſculis quinque aut ſex; ariſtae tenuiſſimae, quas interdum paulo infra ſinuatum glumae mucronem exire, per lentem obſervavit Scheuchzerus, hinc etiam inter Bromos referri potuiſſet. Breynius hanc & ſimul Varietatem ſpiculis muticis ad Scheuchzerum miſit, quae floſculos minores & pauciores continebant.

† 7. *Feſtuca panicula ramoſa erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. L.* Gramen aquaticum fluitans multiplici ſpica. B. Panicula longiſſima; pedunculi pauci, longi; ſpiculae longae, anguſtae, teretes, floſculis ad decem usque; glumae virides, ſtriatae, mucrone obtuſo, albido; in aquis & locis humidis, Junio. Varietates a) Gramen loliaceum panicula multiplici & ſpicata. Scheuchz. Panicula longa, ramulis binis aut ſolitariis longis; ſpiculae paulo breviores floſculis ſeptem aut octo communiter; glumae glabrae, acuminatae; ſpa-

Digynia.

diceae & virides; in pratis ad Viſtulam ſitis hinter der Ziegelſcheune, Junio. b) Feſtuca panicula ramoſa, erecta, diffuſa, angulis rectis. Culmus erectus, ſtrictus, cavus, craſſus, fragilis. Folia, quorum vagina culmum ſat longo ſpatio amplectitur, ſtriata, ab utraque parte aſpera. Pedunculi ſolitarii, breves, ad angulos rectos cum culmo, & unciali, aut biunciali ſpatio ab invicem remoti, ſpiculis duobus aut tribus pariter remotis; floſculi in inferioribus ſeptem ad octo, in ſuperioribus pauci; ad alas ramorum adhuc aliae ſpicae ſeſſiles; color viridis aut albeſcens; in paludoſis des Ellernwaldes auf der Saspe, Julio. c) Gramen Mannae eſculentum Prutenicum. Loeſel. Schwaden. Panicula longa, ſpicata. Spiculae ſeſſiles, aut brevibus pedunculis culmo approximatis fultae, ante floreſcentiam anguſtae, poſt diſtichae, floſculis ſeptem, pluribus aut paucioribus, viridibus margine albido, interdum verſus apicem fuſcis. Icon Loeſelii bene plantam exprimit, niſi quod ſpiculae breviores naturalibus. Gramen hoc, ut recte monet Bergen in Flor. Francof. a paucis botanicis deſcriptum, ſed ſi idem eſt cum Gramine Mannae Francofurtano, ſicuti aſſerit, Gramen dactylon eſculentum Bauh. non ei tanquam ſynonymum competit. Hoc enim, quod cum Gramine dactylo latiore folio Bauh. idem eſt, tantum cultura diverſum, teſtante Bauhino & Scheuchzero, ſpicas in ſummitate culmi aggregatas gerit, & ad Panica Linnaei pertinet, a noſtro gramine Mannae diverſiſſimum, quod omnibus modis Feſtuca eſt, & in pratis humidis im Bauamt & alibi ſponte creſcit, Junio; ſemina ejus cortice extimo liberata in uſum menſarum cedunt. An vero Gramen dactylon folio latiore Bauh. ſeu ejus Varietas: Gramen dactylon eſculentum B. circa urbem noſtram creſcat, nondum certo comperi, licet ſemel Graminis genus huic appropinquans viderim,

rim, tunc non ſatis examinatum. Loeſelius in Pruſſia ſponte creſcere affirmat, Helwingius vero in Suppl. Flor. Pruſſ. ibidem ſeri, ad teſtimonium Wigandi perhibet.

## C. *Trigynia.*



### 33. HOLOSTEUM.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis ovatis. *Cor.* petala quinque bipartita, obtuſa. *Stam.* corolla breviora, antheris ſubrotundis. *Germ.* ſubrotundum. *Styli* filiformes. *Pericarp.* capſula ovata, unilocularis, trivalvis. *Sem.* plura, rotunda.

† 1. *Holoſteum floribus umbellatis. L.* Caryophyllus arvenſis umbellatus, folio glabro. B. Caules ex una radice plures, tribus aut quatuor geniculis diſtincti; quovis geniculo bina inhaerent folia ſeſſilia, oblonga. Pedunculi umbellam conſtituentes pauci, ſoepe reclinati, flores gerunt ſolitarios, albos; in agris & campis bey Langefuhr & alibi, April. & Maj.

# Classis IV.

## *TETRANDRIA.*

Staminibus quatuor, quae vel Monogynia, vel Digynia, vel Tetragynia.

*Monogynia.*

### *A. Monogynia.*

Flores hujus Ordinis sponte apud nos nascentes sun vel aggregati sive in capitulum collecti: Globularia. Scabiosa. Dipsacus. vel spicati: Plantago. vel pedunculis insidentes varie dispositis: Asperula. Galium. Cornus. Alchemilla. Trapa.

#### *a. floribus aggregatis.*

#### 34. GLOBULARIA.

*Cal.* communis imbricatus, proprius tubulatus quinquedentatus. *Cor.* propria tubulata, limbo quadripartito, lacinia superiore minima reflexa, reliquis aequalibus. *Germ.* ovatum. *Stigm.* obtusum. *Pericarp.* nullum, calyx proprius connivens. *Receptac.* commune paleis distinctum. *Sem.* solitaria, ovata.

1. *Globularia caule herbaceo, foliis radicalibus dentatis, caulinis lanceolatis, L.* Bellis coerulea caule folioso. B. in montibus, & pratis siccioribus, hinter dem Grünen Hofe & alibi, Junio.

Flores aggregati, sive sint umbellati, sive cymosi, sive capitati, compositi, aut alio modo uniti, pro

pro uno flore habentur, ex plurimis floribus partialibus seu floſculis conſtante; hinc eis calyx duplex, communis qui floſculos omnes continet, & proprius floſculum partialem amplectens; hinc & corolla duplex, univerſalis floris aggregati, & propria cujusvis floſculi; hinc & receptaculum commune, cui ſemina omnia inſident. In noſtro flore corolla univerſalis ſubrotunda eſt, & globulum repraeſentat, hinc nomen Globulariae. *Monogynia.*

## 35. SCABIOSA.

*Cal.* communis patens, polyphyllus, pluribus ſeriebus, interioribus minoribus; proprius duplex, germini inſidens, exterior brevior, membranaceus, plicatus, interior quinquepartitus. *Cor.* propria tubulata, ſemi quadri- vel quinquefida, laciniis exterioribus majoribus. *Stam.* filamenta debilia, antherae incumbentes. *Piſt.* germen infra receptaculum proprium floſculi, ſtylus filiformis, ſtigma obtuſum. *Pericarp.* nullum. *Receptac.* commune convexum. *Sem.* ſolitaria, oblonga, calycibus propriis coronata.

1. *Scabioſa corollulis quadrifidis radiantibus, caule hiſpido. L.* Scabioſa pratenſis hirſuta, quae officinarum. B. Scabioſe. Folia laciniata, laciniis dentatis, flores pallide rubri; ad margines agrorum, praeſertim in montibus quandoque copioſe, Junio.

2. *Scabioſa corollulis quadrifidis aequalibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. L.* Succiſa glabra B. Teufels Abbiß. Flores coerulei vel purpurei; auf der Saspe ad viam inter fruticeta, im Jaſchkenthal etiam inveni ſed unico tantum loco, Auguſt.

Monogynia.

3. *Scabiosa corollulis quinquefidis, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis. L.* Scabiosa capitulo globoso major. B. Flores ex coeruleo purpurei; hinter dem Grünen Hofe, Julio.

## 36. DIPSACUS.

*Cal.* communis polyphyllus, foliolis tenuibus, laxis, floseulo longioribus; proprius vix ullus. *Cor.* propria tubulosa, limbo erecto quadrifido, lacinia exteriore majore, acutiore. *Stam.* corolla longiora, antheris incumbentibus. *Pist.* stylus filiformis, stigma simplex. *Pericarp.* nullum, receptaculum commune conicum, paleis longioribus distinctum. *Sem.* columnaria, margine calycino coronata.

1. *Dipsacus foliis sessilibus serratis. L.* Dipsacus sylvestris aut Virga pastoris major. B. Kartendistel. Folia calycis communis floribus intermista, axi medio affixa, canaliculata, rigida, apice aculeato, e quorum alis flosculi purpurei surgunt. Corolla universalis cingitur aliquot foliis linearibus, incurvis, aculeatis. Folia caulina opposita, carinata, margine & carina aculeata, inferiora serrata. Caulis aculeatus. Crescit ad fossas bey der Ziegelscheune, Schellmühl, an der alten Rodaune, floret Augusto.

### *b. floribus spicatis.*

## 37. PLANTAGO.

*Cal.* quadripartitus brevissimus. *Cor.* tubulato-globosa, limbo quadripartito. *Stam.* filamenta longissima, antheris incumbentibus. *Pist.* germen ovatum, stylus brevis, stigma simplex.

*Peri-*

*Pericarp.* capsula ovata, bilocularis. *Sem.* plurima, oblonga.

1. *Plantago foliis ovatis glabris, nudo scapo tereti, spica floseulis imbricatis. L.* Plantago latifolia sinuata. B. Wegerich. Folia septem venis seu nervis striata; ad vias & sepes per totam aestatem. Hujus Varietas: Plantago latifolia glabra minor. B. Folia ovata, sed parva, & tribus tantum nervis distincta. Rarius occurrit.

2. *Plantago foliis lanceolatis, spica subovata nuda, scapo angulato. L.* Plantago anguſtifolia major. B. Spitzwegerich. Folia quinquenervia. Stamina longissima, & cum antheris carnei coloris; in pratis & montibus, Majo & Junio. Hujus etiam datur Varietas, quae Plantago trinervia, folio anguſtissimo. B. iisdem locis.

### *c. floribus pedunculatis.*

## 38. ASPERULA.

*Cal.* quadridentatus, parvus, germini insidens. *Cor.* tubulata, longa, limbo quadripartito, laciniis reflexis. *Stam.* ad apicem tubi, antherae simplices. *Pist.* germen didymum infra receptaculum, stylus superne bifidus, stigmatibus capitatis. *Pericarp.* baccae duae, siccae, coalitae. *Sem.* magna, rotunda, solitaria.

1. *Asperula foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. L.* Asperula sive Rubeola montana odora. B. Waldmeister. Folia stellata seu verticillata. Flores parvi, albi, odoriferi. Baccae villis rigidis hirsutae, hinc nomen Asperulae; im Herbergischen Wald, Junio.

*Monogynia.*

## 39. GALIUM.

*Cal.* minimus, quadridentatus, germini insidens. *Cor.* petalum quadripartitum, tubo nullo. *Stam.* subulata, antherae simplices. *Pist.* germen didymum infra receptaculum, stylus semibifidus, stigmata globosa. *Pericarp.* baccae duae siccae, coalitae. *Sem.* solitaria, reniformia.

1. *Galium foliis quaternis obovatis inaequalibus, caulibus diffusis. L.* Gallium palustre album. B. Baccae glabrae, folia in hac & sequentibus speciebus stellata; in fossis & rivulis, Junio & Julio. Varietatem foliis quinis & senis obtusis in loco uliginoso, im Wald bey Langefuhr vidi.

2. *Galium foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis brevibus. L.* Gallium luteum. B. in montibus, Julio.

3. *Galium foliis octonis ovatis linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. L.* Mollugo montana latifolia ramosa. B. Flores albi; planta procerior praecedente & copiosior, iisdem locis floret Junio.

4. *Galium foliis octonis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu hispido. L.* Aparine vulgaris. B. Klebkraut. Flores albi; folia aculeis praetereuntium vestibus & ipsis manibus facillime adhaerent; passim in sylvis & ad sepes, Junio.

## 40. CORNUS.

*Cal.* involucrum commune tetraphyllum, foliolis ovatis, coloratis, deciduis; calyx proprius minimus, quadridentatus, germini insidens, deciduus. *Cor.* petala quatuor, oblonga, acuta. *Stam.* subulata, longa, antheris incumbentibus.

*Pist.*

*Pist.* germen infra receptaculum, stylus filiformis, stigma obtusum. *Pericap.* drupa umbilicata. *Sem.* nux bilocularis, nucleo oblongo. *Monogynia.*

1. *Cornus arborea cymis nudis. L.* Cornus femina. B. Cornelbaum. Flores albi, cymosi, pedunculis involucro multo longioribus insident. Folia opposita, ovata, acuta, venis distincta. Fructus nigri. Arbor humilis inter virgulta crescit in collibus hinter dem Grünen Hofe, & im Heil. Brunnen, floret Junio.

## 41. ALCHEMILLA.

*Cal.* tubulatus, octopartitus, laciniis alternis minoribus. *Cor.* nulla. *Stam.* filamenta minima, ori calycis impositа, antheris subrotundis. *Pist.* germen ovatum, stylus minimus, stigma globosum. *Pericarp.* nullum. *Sem.* solitarium, calyce inclusum.

1. *Alchemilla foliis lobatis. L.* Alchimilla vulgaris. B. Sinnau. Folia villosa, lobis crenatis, caules dichotomi, flores parvi quodam modo cymosi, ex luteo virides; im Heiligen Brunnen, Majo.

## 42. TRAPA.

*Cal.* quadripartitus, acutus. *Cor.* petala quatuor ovata. *Stam.* longitudine calycis, antherae simplices. *Pist.* germen ovatum, stylus simplex, stigma capitatum. *Pericarp.* capsula ovata, ossea, unilocularis, armata quatuor spinis oppositis, acutis crassis, quae calycis folia fuerunt. *Sem.* nucleus ovatus.

1. *Trapa natans. L.* Tribulus aquaticus. B. Stachelnuß. Folia aquis innatant, petiolis ventricosis. Oelhafius reperit.

*B. Di-*

*Digynia.*

## *B. Digynia.*

### 43. CUSCUTA.

*Cal.* cyathiformis ſemiquadrifidus. *Cor.* petalum unicum ovatum ore quadrifido. *Stam.* ſubulata antheris ſubrotundis. *Piſt* germen ſubrotundum, ſtyli breves, ſtigmata ſimplicia. *Pericarp.* carnoſum, ſubrotundum, biloculare. *Sem.* duo.

1. *Cuſcuta floribus ſeſſilibus. L.* Cuſcuta major & minor. B. Flachsſeiden. Planta paraſitica aliis plantis innaſcens, ſine ullis foliis, caulibus filiformibus rubris vel albis, peculiaribus uncis, binis plerumque uno loco inſtructis per intervalla, quibus alias herbas amplectitur. Parcius apud nos creſcit; vidi tamen Cuſcutam minorem caulibus rubris Siſymbrio ſeu Sophiae Chirurgorum adnatam, eamque penitus involventem, bey Ziegenort, Julio.

*Tetragynia.*

## *C. Tetragynia.*

Potamogeton. Sagina.

### 44. POTAMOGETON.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala quatuor ſubrotunda, concava, unguiculata. *Stam.* filamenta breviſſima, antheris didymis. *Piſt.* germina quatuor ovata, ſtyli nulli, ſtigmata quatuor obtuſa. *Pericarp.* nullum. *Sem.* quatuor, acuminata, angulata.

1. *Potamogeton foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. L.* Potamogeton rotundifolium. B. Sam-kraut. Folia venis diſtincta aquis innatant, flores ſpicati

ſpicati carnei; in ſtagnis, fluviis & foſſis latioribus, Julio.

† 2. *Potamogeton foliis cordatis amplexicaulibus. L.* Potamogeton rotundifolium alterum. Locſel. bey Ziegenort, Julio.

## 45. SAGINA.

*Cal.* folia quatuor ovata, concava, patentia. *Cor.* petala quatuor ovata, obtuſa, calyce breviora. *Stam.* filam. capillaria, antherae ſubrotundae. *Piſt.* germen globoſum, ſtyli recurvi pubeſcentes. *Pericarp.* capſula ovata quadrilocularis. *Sem.* numeroſa minima.

† 1. *Sagina ramis procumbentibus. L.* Herba puſilla, caules multi tenuiſſimi, parum ſubdiviſi, cuilibet flos ſolitarius albidus inſidet, folia brevia, linearia, graminea; in hortis, locis umbroſis & humidis ſponte creſcit, floret aeſtate.

# Classis V.

## *PENTANDRIA.*

Staminibus quinque; haec Classis omnium numerosissima est, & subdividitur in Monogynia, Digynia, Trigynia, Tetragynia, Pentagynia & Polygynia, sive in Plantas uno, dnobus, tribus, quatuor, quinque aut pluribus stylis instructas. Priores duo Ordines plurima Genera comprehendunt.

*Monogynia.*

### *A. Monogynia.*

Flores hujus ordinis vel unico donantur petalo, vel quinque distinctis petalis gaudent; priores seu monopetali vel carent pericarpio & semina quatuor in fundo calycis nuda plerumque gestant, vel pericarpio instructa semina includente; hinc commode subdividuntur, a. in flores monopetalos tetraspermos, b. flores monopetalos angiospermos, c. flores pentapetalos.

#### *a. Flores monopetali tetraspermi.*

Echium. Pulmonaria. Lithospermum. Symphytum. Borago. Lycopsis. Asperugo. Cynoglossum. Anchusa. Myosotis. Flores harum plantarum in plurimis partibus conveniunt. Calyx oblongus tubulosus, & vel quinquepartitus, vel semiquinquefidus, vel ore tantum quinquedentatus. Corolla constat ex tubo & limbo in quinque lacinias diviso, faux tubi vel libera vel quin-

que

que ſquamulis clauſa. Staminum filamenta in plerisque breviſſima, ad faucem tubi poſita. Germina quatuor in fundo calycis, e quorum medio ſurgit ſtylus filiformis. Calyx qui locum pericarpii tenet, vel immutatus manet, vel major evadit, & in ſinu ſemina fovet. *Monogynia.*

## 46. ECHIUM.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis ſubulatis. *Cor.* tubus breviſſimus, limbus erectus ampliatus, laciniis duabus ſuperioribus longioribus, infima minore reflexa. *Stam.* filamenta ſubulata longitudine corollae, antherae incumbentes. *Styl.* longitudine ſtaminum, ſtigmate bifido. *Sem.* oblique acuminata, in calyce rigidiore poſita.

1. *Echium caule ſimplici erecto, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus. L.* Echium vulgare. B. Planta procera, corolla inaequali facile a reliquis tetraſpermis diſtinguitur. Folia cum caule & calyce villoſa, hiſpida. Flos dum clauſus rubet, explicatus coeruleus, ſtamina rubra. Variat quandoque flore albo, aut dilute violaceo; ad margines agrorum praecipue montanorum, & in campis, Junio.

## 47. PULMONARIA.

*Cal.* pentagonus, quinquedentatus. *Cor.* tubus longitudine calycis, fauce libera. *Stam.* in fauce, antheris conniventibus. *Styl.* calyce brevior, ſtigmate emarginato. *Sem.* obtuſa in calyce immutato.

1. *Pulmonaria foliis radicalibus ovato-cordatis ſcabris. L.* Symphytum maculoſum ſeu Pulmonaria latifolia.

*Monogynia.*

folia. B. Lungenkraut. Planta humilis, villosa, variat foliis latioribus & angustioribus, maculosis & non maculosis. Flores primum rubri, post coeruleſcunt; im Herbergiſchen Walde, April. & Maj.

## 48. LITHOSPERMUM.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis subulatis carinatis. *Cor.* longitudine calycis, fauce libera. *Stam.* in fauce, antheris oblongis. *Styl.* longitudine tubi corollae, stigmatae bifido. *Sem.* dura ovato-acuminata in calyce patulo.

1. *Lithospermum seminibus laevibus, corollis calycem vix superantibus, foliis lanceolatis. L.* Lithospermum majus erectum. B. Semina glabra, alba, nitida. Oelhafius invenit bey der Oliwa und Hohen Waſſer.

† 2. *Lithospermum seminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus. L.* Lithospermum arvense, radice rubra. B. Folia lanceolata & cum calycibus villosa; flores albi; semina nigra; inter segetes vor dem Oliwiſchen Thor copioſe, Majo.

## 49. SYMPHYTUM.

*Cal.* quinquepartitus pentagonus. *Cor.* tubus breviſſimus, limbus tubulato-ventricosus tubo craſſior, ore quinquedentato reflexo; faux radiis subulatis conniventibus munita. *Stam.* cum radiis faucis alterna, antheris acutis. *Styl.* longitudine corollae. *Sem.* acuminata, gibba, in calyce ampliato.

1. *Symphytum foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. L.* Symphytum conſolida major. B. Folia atro-viridia, cum caule & calyce villosa; flores purpurei; locis

locis humidis & ad foſſas, am Knyperdamm, Majo & per totam aeſtatem. *Monogynia.*

## 50. BORAGO.

*Cal.* quinquepartitus, patens. *Cor.* tubus breviſſimus, limbus planus, laciniis ovatis, acutis, faux ſquamis erectis obtuſis munita. *Stam.* ſubulata conniventia ſupra ſquamas elevata; antherae lateri filamentorum interiori in medio affixae conniventes. *Styl.* ſtaminibus longior. *Sem.* ſubrotunda, apice extrorſum carinata, in calyce majore inflato.

1. *Borago foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. L.* Bugloſſum latifolium Borrago. B. Planta hiſpida floribus coeruleis. Oelhafius vidit ad ſepes hortorum, quod in plantis quae facile propagantur ſoepe accidit, idcirco non indigenis; ego Boraginem non niſi in hortis vidi.

## 51. LYCOPSIS.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis acutis, patulis. *Cor.* tubus curvato-flexus, fauce clauſa. *Stam.* ad flexuram tubi corollae. *Styl.* longitudine ſtaminum, ſtigmate bifido. *Sem.* ſublonga in calyce maximo, inflato.

1. *Lycopſis foliis lanceolatis hiſpidis, calycibus floreſcentibus erectis. L.* Bugloſſum ſylveſtre minus. B. Planta tota hiſpida, flores parvi dilute coerulei; ad ſegetes in montibus, Junio.

## 52. ASPERUGO.

*Cal.* quinquefidus, ſingulae laciniae duobus denticulis interpoſitis. *Cor.* tubus breviſſimus,

Monogynia. faux clausa, limbus parvus, obtusus. *Stam.* in fauce. *Styl.* brevis. *Sem.* oblonga in calyce maximo compresso, ut duo plana parallela exhibeat.

† 1. *Asperugo procumbens. L.* Bugloſſum ſylveſtre caulibus procumbentibus. B. Klebkraut. Folia lanceolato-ovata, ſcabra, villoſa; caules hiſpidi unguiculis recurvis undique adhaerent; flores parvi coerulei; ad agros vor dem Olmiſchen Thor, Majo.

## 53. CYNOGLOSSUM.

*Cal.* quinquepartitus acutus. *Cor.* longitudine calycis, tubus limbo brevior, faux clausa. *Stam.* in fauce. *Styl.* ſubulatus ſtigmate emarginato. *Sem.* gibba, glabra, tecta & incluſa quatuor capſulis ſcabris, ſtylo affixis, in ſinu calycis.

1. *Cynogloſſum ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus. L.* Cynogloſſum majus vulgare. B. Hundszunge. Capſulis ſeminalibus ab aliis Generibus diſtinguitur. Flores obſolete rubri; ad vias, ſepes, agros, & in locis incultis, Majo & Junio.

## 54. ANCHUSA.

*Cal.* quinquepartitus oblongus. *Cor.* tubus longitudine calycis, faux clausa. *Stam.* in fauce. *Styl.* longitudine ſtaminum, ſtigmate emarginato. *Sem.* gibba, oblonga.

1. *Anchuſa foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis. L.* Bugloſſum anguſtifolium majus. B. Ochſenzunge. Planta villoſa, hiſpida, flores intenſe coerulei; locis ſiccis, ad vias, agros, Junio.

55. MY-

## 55. MYOSOTIS.

*Monogynia.*

*Cal.* ſemiquinquefidus. *Cor.* tubus brevis, laciniae limbi emarginatae, faux clauſa. *Stam.* in collo tubi, antheris minimis. *Styl.* longitudine tubi corollae. *Sem.* ovata, glabra, in calyce majore.

1. *Myoſotis ſeminibus nudis, foliorum apicibus calloſis. L.* Echium ſcorpioides arvenſe. B. Folia hirſuta, flores parvi, pallide coerulei, ſquamulae faucis luteae; ad vias & agros ſiccos, Junio. Hujus Varietas: Echium ſcorpioides paluſtre. B. Vergiß mein nicht. Folia glabra, flores majores, pulchre coerulei, ſquamulis luteis; in ſylvis & pratis humidis, ad rivulos, Majo & Junio.

† 2. *Myoſotis ſeminibus aculeatis glochidibus, foliis lanceolatis piloſis. L.* Cynogloſſum minus. B. Flores coerulei, parvi; ſemina echinata; tota planta hiſpida eſt, ſicut fere omnes monopetalae tetraſpermae; in montibus paſſim ad vias & ſepes, Junio.

### *b. flores monopetali angioſpermi.*

Horum ſemina pericarpio ſeu capſula incluſa: Lyſimachia. Anagallis. Primula. Hottonia. Menyanthes. Convolvulus. Datura. Hyoſcyamus. Verbaſcum. Vinca. Solanum. Phyteuma. Campanula. Glaux.

## 56. LYSIMACHIA.

*Cal.* erectus, quinquepartitus. *Cor.* monopetala, tubo nullo, limbo plano quinquepartito. *Stam.* ſubulata, corolla breviora, antheris acuminatis. *Piſt.* germen ſubrotundum, ſtylus longi-

Monogynia.

tudine, ſtigma obtuſum. *Pericarp.* capſula globoſa, unilocularis, decemvalvis. *Sem.* plurima, angulata; receptaculum globoſum.

1. *Lyſimachia paniculata, racemis terminalibus. L.* Lyſimachia lutea major. B. Gelber Weiderich. Planta procera, foliis oblongis, oppoſitis; locis humidis, im Heiligen Brunnen, im Jaſchkenthal, Julio.

2. *Lyſimachia racemis lateralibus pedunculatis. L.* Lyſimachia bifolia, flore globoſo luteo. B. Oelhafius invenit ad foſſas molendini Haweradiani, nunc penitus ignoti, Julio.

3. *Lyſimachia foliis ſubcordatis, floribus ſolitariis, caule repente. L.* Nummularia major lutea. B. Pfennigkraut. Planta repens, floribus majuſculis. Folia oppoſita, brevibus petiolis fulta, rotunda fere, nummulorum figuram quodammodo referunt; locis humidis, im Heil. Brunnen, Julio.

## 57. ANAGALLIS.

*Cal.* quinquepartitus, acutus. *Cor.* monopetala, tubo nullo, limbo plano quinquepartito. *Stam.* erecta, corolla breviora, inferne hirſuta. *Piſt.* germen globoſum, ſtylus inclinatus, ſtigma capitatum. *Pericarp.* capſula globoſa, unilocularis, horizontaliter dehiſcens. *Sem.* plurima, receptaculum globoſum.

1. *Anagallis foliis indiviſis, caule procumbente. L.* Anagallis phoeniceo flore. B. Gauchheil. Planta humilis, caulibus tetragonis repentibus, foliis ovatis, oppoſitis, ex quorum alis flores ſolitarii, longis pedunculis inſidentes, ſpecioſi, coloris rubri; in agris ſiccis, Jul. Aug.

58. PRI-

## 58. PRIMULA.

*Monogynia.*

*Cal.* Involucrum polyphyllum, multiflorum, minimum. Perianthium tubulatum, pentagonum, quinquedentatum. *Cor.* tubus longitudine calycis, limbus ſemiquinquefidus, laciniis obtuſis. *Stam.* breviſſima ad orificium tubi, antheris conniventibus. *Piſt.* germen globoſum, ſtylus longitudine calycis, ſtigma globoſum. *Pericarp.* capſula teres, unilocularis, apice decemdentato. *Sem.* plurima, receptaculum oblongum.

1. *Primula foliis dentatis rugoſis. L.* Primula veris odorata, flore luteo ſimplici. B. Schlüſſelblum. Hujus Varietas: Primula veris, pallido flore, elatior. B. Differt a priore, flore pallide luteo, & limbo corollae planiore. Ambo in pratis bey dem Heilg. Brunnen, & alibi florent Majo.

## 59. HOTTONIA.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis linearibus. *Cor.* tubus longitudine calycis, limbus quinquefidus, laciniis oblongis emarginatis. *Stam.* ſubulata, brevia, tubo corollae ſuper impoſita, antheris oblongis. *Piſt.* germen acuminatum, ſtylus brevis, ſtigma globoſum. *Pericarp.* capſula globoſa, unilocularis, calyci impoſita. *Sem.* plurima, receptaculum globoſum.

1. *Hottonia paluſtris. L.* Millefolium aquaticum, ſeu Viola aquatica caule nudo. B. Waſſerviol. Folia bipinnata, pinnis linearibus. Caulis erectus, procerus, canaliculatus, cui flores albi verticillatim pedunculis longis inſident; in foſſis & ſtagnis, Majo & Junio.

Monogynia.

## 60. MENYANTHES.

*Cal.* quinquepartitus. *Cor.* tubus brevis, limbus quinquefidus, laciniis reflexis, hirsutis. *Stam.* subulata, brevia, antheris basi bifidis. *Pist.* germen conicum, stylus cylindraceus, stigma bifidum. *Pericarp.* capsula ovata, unilocularis. *Sem.* plurima, exigua.

† 1. *Menyanthes foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. L.* Nymphaea lutea minor, flore fimbriato. B. Folia aquis innatant, flores lutei majusculi, pulchre fimbriati, & admodum teneri, pedunculis supra aquam elevantur; in der Mottlau vor dem legen Thor, Julio.

2. *Menyanthes foliis ternatis. L.* Trifolium palustre. B. Biberklee. Folia glabra trifolii more dispositа. Flores venusti, albi, pauco roseo admixto; in fossis & paludosis, hinter Neuschottland, & alibi, April. & Majo.

## 61. CONVOLVULUS.

*Cal.* quinquepartitus. *Cor.* campanulata, magna, plicata. *Stam.* subulata, antheris compressis. *Pist.* germen rotundum, stylus filiformis, stigmata duo. *Pericarp.* capsula rotunda. *Sem.* bina.

1. *Convolvulus foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis unifloris. L.* Convolvulus major albus. B. Grosse Winde. in dumetis & sepibus vivis frutices ascendit & floribus magnis candidis ornat, im H. Brunnen, Julio.

2. *Convolvulus foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis unifloris. L.* Convolvulus minor arvensis. B. Kleine Winde. Flores minores, rosei aut albi; inter

inter ſegetes culmis ſe implicat, eosque interdum deprimit; ad vias etiam pedunculis repit & late ſe diffundit, Junio & Julio. *Monogynia.*

## 62. DATURA.

*Cal.* tubulatus, quinquangularis, quinquedentatus, parte ſuperiore horizontaliter decidua. *Cor.* infundibuliformis, limbo quinqueangulari. *Stam.* ſubulata, antheris obtuſis. *Piſt.* germen ovatum, ſtylus filiformis, ſtigma bilamellatum. *Pericarp.* capſula bilocularis, quadrivalvis, aculeata. *Sem.* plurima reniformia.

† 1. *Datura pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis. L.* Solanum foetidum, pomo ſpinoſo oblongo, flore albo. B. Stramonium fructu ſpinoſo oblongo, flore albo ſimplici. Tournef. Planta ex America allata, nunc jam paſſim ſponte apud nos creſcit, in der Nehring, im Strieß, & alibi, Julio.

## 63. HYOSCYAMUS.

*Cal.* ventricoſus, ore quinquefido. *Cor.* infundibuliformis, limbo quinquefido, laciniis obtuſis. *Stam.* ſubulata, antheris rotundis. *Piſt.* germen rotundum, ſtylus filiformis, ſtigma capitatum. *Peric.* capſula ovata, bilocularis, horizontaliter dehiſcens. *Sem.* numeroſa.

1. *Hyoſcyamus foliis amplexicaulibus. L.* Hyoſcyamus vulgaris vel niger. B. Bilſenkraut. Folia longa, dentata, flores pallide lutei, venis purpureis reticulati, in fundo purpurei; ad vias, ſepes, & locis incultis, Junio. Oelhafius & Loeſelius loco hujus ſpeciei Hyoſcyamum album B. indicant, qui tamen hic non ſponte creſcit, neque a Ruppio, diligentiſſimo ſpecierum indagatore, in

Monogynia.

Germania detectus; distinguitur is a nostra specie foliis petiolatis.

## 64. VERBASCUM.

*Cal.* quinquepartitus acutus. *Cor.* tubus brevissimus, limbus patens, laciniis quinque obtusis. *Stam.* subulata, antheris erectis. *Pist.* germen rotundum, stylus inclinatus, stigma obtusis. *Peric.* capsula bilocularis. *Sem.* angulata.

1. *Verbascum foliis decurrentibus utrinque tomentosis. L.* Verbascum mas latifolium luteum. B. Kerzenkraut. Caulis procerus floribus sessilibus, in spicam dispositis, majoribus aut minoribus, pallidioribus aut intensioribus, densius aut laxius vestitus. Staminum filamenta villis aurantiis hirsuta; in montibus nostris quandoque copiose, Jul. Aug.

2. *Verbascum foliis cordato-oblongis petiolatis. L.* Verbascum nigrum flore ex luteo purpurascente. B. Flores lutei minores, stamina villis purpureis munita, spica laxa; parcius apud nos crescit, im Strieß, Pitzkerdorf, & alibi, Julio.

## 65. VINCA.

*Cal.* quinquepartitus. *Cor.* tubus ore pentagono, limbus quinquepartitus. *Stam.* brevissima, reflexa, antheris incurvis, membranaceis. *Pist.* germina duo, stylus unicus, stigmata duo. *Peric.* folliculi duo. *Sem.* numerosa.

1. *Vinca caulibus procumbentibus, foliis lancealato-ovatis. L.* Clematis daphnoides minor. B. Singrün. Flores coerulei. Oelhafius vidit bey Mickau. Jul. hodie vix ibi reperietur. Jac. Breynius Varietatem, foliis ex albo variegatis detexit.

66. SO-

## 66. SOLANUM.

*Monogynia.*

*Cal.* ſemiquinquefidus, acutus. *Cor.* tubus breviſſimus, limbus quinquefidus reflexus. *Stam.* filamenta minima, antherae oblongae, conniventes. *Piſt.* ſtylus ſtaminibus longior, ſtigma obtuſum. *Peric.* bacca bilocularis, carnoſa, glabra. *Sem.* rotunda.

1. *Solanum caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus. L.* Solanum officinarum. B. Nachtſchatten. Flores albi, baccae nigrae; ad vias, ſepes, & in ruderatis, Jul. Aug.

2. *Solanum caule inermi, fruteſcente, flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. L.* Solanum ſcandens ſeu Dulcamara. B. Je länger je lieber. Flores coerulei; locis umbroſis & humidis, ſepibus & dumetis, im H. Brunnen, Julio.

## 67. PHYTEUMA.

*Cal.* quinquepartitus, acutus, germini impoſitus. *Cor.* quinquepartita, laciniis linearibus recurvis. *Stam.* corolla breviora, antheris oblongis. *Piſt.* germen ſub receptaculo, ſtylus longus, ſtigma bipartitum, revolutum. *Peric.* capſula bilocularis. *Sem.* plurima, parva.

1. *Phyteuma ſpica oblonga, capſulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis. L.* Rapunculus ſpicatus. B. Flores albi in ſpicam denſam congeſti, & laciniis recurvis implicati, ut difficile cum ſtaminibus numerentur; in collibus hinter dem Grünen Hofe, Junio.

2. *Phyteuma capitulo ſubrotundo, foliis ſerratis, radicalibus cordatis. L.* Rapunculus ſylveſtris folio oblongo,

*Monogynia.*

longo, ſpica orbiculari. B. Stigma in hac ſpecie tripartitum, & capſula trilocularis. Oelhafius vidit bey Schönfeld, Junio.

## 68. CAMPANULA.

*Cal.* quinquepartitus, germini impoſitus. *Cor.* campanulata, ſemiquinquefida, in fundo valvulae quinque conniventes. *Stam.* breviſſima, valvularum apicibus inſerta, antherae longiores, compreſſae. *Piſt.* germen infra receptaculum, ſtylus longus, ſtigma tripartitum, revolutum. *Peric.* capſula angulata, tri-vel quinquelocularis. *Sem.* numeroſa, parva.

† 1. *Campanula foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. L.* Campanula minor rotundifolia vulgaris. B. Flores ſolitarii coerulei pedunculis longis.

2. *Campanula foliis undulatis, radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. L.* Rapunculus eſculentus. B. Flores purpureo-coerulei, pedunculi breves.

3. *Campanula foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis ſeſſilibus remotis. L.* Rapunculus perſicifolius magno flore. B. Flores coerulei. Hujus Varietas: Rapunculus nemoroſus anguſtifolius magno & parvo flore. B.

4. *Campanula caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. L.* Campanula foliis urticae vulgatior vel major & aſperior. B. Folia cum caulibus ſcabra, flores purpurei.

5. *Campanula caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. L.* Campanula pratenſis flore conglomerato. B. Cervicaria tertia ſive minor. Dodon. Folia oblonga, hirſuta, ſeſſilia, aut brevibus

vibus petiolis inſtructa; flores purpureo-coerulei, erecti, in capitulum collecti. *Monogynia.*

6. *Campanula latifolia flore ſubcoeruleo.* Oelhafius vidit. an Campanula maxima foliis latiſſimis. B? quae Campanula foliis ovato-lanceolatis, caule ſimpliciſſimo tereti, floribus ſolitariis pedunculatis, fructibus cernuis. L. an Varietas ſpeciei quartae? quod probabilius.

Omnes Campanularum ſpecies in pratis, montibus & ſylvis florent Junio, & ſequentibus menſibus.

## 69. GLAUX.

*Cal.* nullus. *Cor.* campanulata, quinquepartita, laciniis revolutis. *Stam.* ſubulata, antheris ſubrotundis. *Piſt.* germen ovatum, ſtylus filiformis, ſtigma capitatum. *Peric.* capſula unilocularis, quinquevalvis. *Sem.* quinque in receptaculo globoſo excavato.

† 1. *Glaux maritima. L. & B.* Alſine bifolia, fructu coriandri, radice geniculata. Loeſel. Planta humilis; caulis & ramuli geniculati, ut & radix; folia conferta elliptico-oblonga; corolla alba, perſiſtens, hinc & pro calyce haberi poſſet; flores laterales, ſeſſiles; capſulae ſeminales magnae, globoſae, acuminatae; in littore maris, Auguſto.

### *c. flores pentapetali.*

Rhamnus. Evonymus. Ribes. Hedera.

## 70. RHAMNUS.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala quinque, parva, ſquamulis minimis, conniventibus, ad baſin. *Stam.* ſub ſquamulis inſerta, antheris parvis. *Piſt.* Stylus

*Monogynia.*

lus filiformis, ſtigma emarginatum. *Pericarp.* bacca diſperma. *Sem.* gibba, compreſſa.

1. *Rhamnus inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. L.* Alnus nigra baccifera. B. Frangula. Dodon. Faulbaum. Folia oppoſita, rotunda, acuminata, venoſa. Flores albi. Fructus rubri primum, maturi nigri. Aliae Rhamni ſpecies monopetalae ſunt; quidam & Frangulam pro monopetala habent. Petala a nonnullis calyx, & ſquamulae petala adpellantur. Floret Junio, in collibus hinter dem Grünen Hofe, & im Ellerwald auf der Saspe.

## 71. EVONYMUS.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis concavis. *Cor.* petala ovata, patentia. *Stam.* ſubulata, germini impoſita, antheris didymis. *Piſt.* germen acuminatum, ſtylus brevis, ſtigma obtuſum. *Peric.* capſula tetragona, tetralocularis. *Sem.* ſolitaria, ovata.

1. *Evonymus floribus plerisque quadrifidis. L.* Evonymus vulgaris granis rubentibus. B. Spindelbaum. Haec arbor ad Claſſem praecedentem pertineret, dum plerique flores & fructus quadrifariam dividuntur; ſed flos primarius quinquefidus, & ſpecies Americana fructibus omnibus pentagonis Evonymum huc referunt. Folia ovato-oblonga, ſerrata. Flores ex albo virides. Fructus rubri; ſemina alba, cuticula aurantii coloris veſtita. im Herbergiſchen Wald, Junio.

## 72. RIBES.

*Cal.* ſemiquinquefidus, ventricoſus, laciniis reflexis. *Cor.* petala parva, margini calycis innata.

*Stam.*

*Stam.* calyci inſerta, antheris compreſſis. *Piſt.* germen infra receptaculum, ſtylus bifidus, ſtigmata obtuſa. *Peric.* bacca globoſa, unilocularis. *Sem.* plurima. *Monogynia.*

† 1. *Ribes inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiuſculis. L.* Ribes vulgare acidum. B. Rothe Johannistrauben. April. im Ellerwald auf der Saspe.

2. *Ribes inerme, racemis piloſis, floribus oblongis. L.* Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro. B. Schwarze Johannistrauben. ibidem. Baccae majores; folia gravem ſpirant odorem.

## 73. HEDERA.

*Cal.* minimus, quinquedentatus, germini inſidens. *Cor.* petala oblonga, apicibus incurvis. *Stam.* ſubulata, antheris incumbentibus. *Piſt.* germen receptaculo cinctum, ſtylus breviſſimus. *Peric.* bacca globoſa. *Sem.* quinque angulata.

1. *Hedera foliis ovatis lobatisque. L.* Hedera arborea. B. Hedera major ſterilis. B. Epheu. Planta, dum adhuc tenera eſt, caules flexiles, humi repentes, aut aliis corporibus adhaerentes, & folia lobata atro-viridia venis albicantibus gerit, tuncque ſterilis a Bauhino vocatur, quia nondum floret. Aſt ubi adolevit, arboreae nomen nacta, folia profert ovata, dilutiora, floresque virides umbellatos & fructus nigricantes; in ſylvis remotioribus.

## *B. Digynia.* *Digynia.*

Plantae hujus Ordinis aeque numeroſae ſubdividuntur in herbas floribus ſparſis, capitatis & umbellatis.

*a. flo-*

Digynia.

*a. flores ſparſi.*

Herniaria. Chenopodium. Salſola. Ulmus. Gentiana.

## 74. HERNIARIA.

*Cal.* quinquepartitus, acutus, coloratus. *Cor.* nulla. *Stam.* intra calycis lacinias, antheris ſimplicibus, filamenta quinque alia ſterilia. *Piſt.* Germen ovatum, ſtigmata acuminata ſine ullo fere ſtylo. *Peric.* capſula parva. *Sem.* unicum.

1. *Herniaria glabra. L.* Polygonum minus ſeu Millegrana major. B. Herba floribus numeroſiſſimis, minimis, luteis, inſtar granulorum ex alis foliorum glomeratim naſcentium, undique tecta; in aridis campis & montibus per aeſtatem.

## 75. CHENOPODIUM.

*Cal.* pentaphyllus, concavus. *Cor.* nulla. *Stam.* foliis calycis oppoſita, antheris didymis. *Piſt.* germen orbiculatum, ſtyli breves, ſtigmata obtuſa. *Peric.* nullum. *Sem.* unicum, in calyce clauſo, quinqueangulari, deciduo.

1. *Chenopodium foliis triangulari - ſagittatis integerrimis. L.* Lapathum unctuoſum folio triangulo. B. Guter Henrich. Folia ſubtus farinacea. Caulis pedunculos agit, floribus glomeratis undique veſtitos; creſcit in ſolo pinguiori, & ad ſepes, Majo, & per totam aeſtatem.

† 2. *Chenopodium foliis cordato - triangularibus obtuſiuſculis dentatis, racemis erectis compoſitis ſubnudis caule brevioribus. L.* Atriplex ſylveſtris latifolia. B. Folia inferiora antice ſive verſus apicem ſinuato-dentata, ſuperiora lanceolata, ſumma linearia.

Florum

Florum glomeruli laxius disposíti, rubri; passim ad sepes, aut locis incultis, Jul. Aug. *Digynia.*

† 3. *Chenopodium foliis rhomboideo-triangularibus erosis, postice integris, summis oblongis, racemis erectis. L.* Flores ex albo virides; inter segetes & ad margines agrorum copiose, per aestatem.

4. *Chenopodium foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis simplicibus glomeratis. L.* Atriplex sylvestris folio sinuato candicante. B. Missmelte. Flores luteo-virides; in simetis, per aestatem.

5. *Chenopodium foliis integerrimis rhombeo-ovatis, floribus conglomeratis. L.* Atriplex foetida. B. Vulvaria. Tabern. Hundsmelte. parcius crescit in simetis, & oleraceis.

Plures forte hic dantur Chenopodii species.

## 76. SALSOLA.

*Cal.* pentaphyllus, laciniis ovatis. *Cor.* nulla. *Stam.* breviſſima laciniis calycis inserta. *Pist.* germen globosum, styli breves, stigmata recurva. *Peric.* capsula globosa, unilocularis. *Sem.* unicum, spirale cochleae instar.

1. *Salsola herbacea, foliis subulatis mucronatis, calycibus ovatis axillaribus. L.* Kali spinosum cochleatum. B. Planta foliis & calycibus spinosis; in littore maris, Julio.

## 77. ULMUS.

*Cal.* monophyllus, turbinatus, rugosus, limbo quinquefido. *Cor.* nulla. *Stam.* calyce longiora, antheris erectis quadrisulcis. *Pist.* germen orbiculatum, styli reflexi, staminibus breviores, stigmata pubescentia. *Peric.* drupa ovalis, magna, exsucca, compressa. *Sem.* unicum.

† 1. *Ul-*

Digynia. † 1. *Ulmus foliis duplicato-ferratis basi inaequalibus. L.* Ulmus campestris & Theophrasti. B. Ulmbaum. Rösler. Folia venis distincta. Calyces florum rubro-virides; in sylvis parcius, Martio.

## 78. GENTIANA.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis oblongis. *Cor.* tubulata, superne quinquefida vel quadrifida. *Stam.* subulata, antheris simplicibus. *Pist.* germen cylindraceum longitudine staminum, styli nulli, stigmata ovata. *Peric.* capsula oblonga, unilocularis, bivalvis. *Sem.* plurima, parva.

1. *Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo. L.* Centaurium minus. B. Tausendguldenkraut. Caulis humilis, paucis ramulis, folia lanceolata, flores fasciculati rubri; im Jaschkenthal, hinter Neuschottland, auf der Saspe, passim floret Jul. Aug.

† 2. *Gentiana corollis quadrifidis fauce barbatis. L.* Gentianella alpina verna minor. B. Flores purpurei. im Langesuhrschen Walde, August.

3. *Gentiana corollis quadrifidis imberbibus verticillatis sessilibus. L.* Gentiana cruciata. B. Oelhafius vidit, auf dem Holm, August.

Species corollis quadrifidis etiam stamina non nisi quatuor habent.

### *b. flores capitati.*

## 79. ERYNGIUM.

*Cal.* communis, receptaculum conicum, paleis floseulos sessiles distinguens; proprius pentaphyllus germini insidens. *Cor.* propria, petala quinque apicibus reflexis. *Stam.* recta, floseulis longiora,

giora, antherae oblongae. *Pist.* germen hispi- *Digynia.*
dum sub calyce proprio, styli longitudine stamin-
num, stigmata simplicia. *Peric.* fructus ovatus
bipartitus. *Sem.* oblonga.

† 1. *Eryngium foliis radicalibus ovalibus planis crena-
tis, capitulis pedunculatis. L.* Eryngium latifo-
lium planum. B. Folia radicalia petiolata, magna,
laevia; ad divisuras caulis folia parva sessilia, spi-
nosa, plerumque trifida. Capitulum parvum, ro-
tundum, flosculis numerosis, cingitur involucro
polyphyllo lineari, aculeis munito. Tota planta
coloris coerulei, exceptis foliis radicalibus; ad
margines sylvarum Olivensium, Julio.

† 2. *Eryngium foliis radicalibus subrotundis, plicatis,
spinosis, capitulis, pedunculatis. L.* Eryngium ma-
ritimum. B. Folia radicalia petiolata, caulina
amplexicaulia, utraque spinosa & venosa. Capi-
tula majora, foliis sex latis spinosis cincta. Calyx
proprius, qui flosculo longior, in quinque spinas
desinit. Paleae ipsae, flosculos distinguentes, in
tres spinas abeunt. Tota planta coerulea est, &
multum praecedente major. Crescit in littore
maris, & floret Augusto.

## *c. flores umbellati.*

Umbella dicitur quando ex eodem centro plu-
res pedunculi elevantur proportionati divergen-
tes, quibus flores insident. Umbella composita,
si pedunculus quilibet apice pari modo subdivi-
ditur, umbellulas partiales gerens. Flores huc
pertinentes plura Genera constituunt, in plerisque
fructificationis partibus convenientia, adeoque
difficilius discernenda. Omnia umbellas gerunt
compositas, ultima excepta. Calyx proprius flos-

*Digynia.* culorum minimus & vix notabilis aut plane nullus. Petala corollae in pluribus ſimilia, coloris plerumque albi. Staminum filamenta capillaria, antheris ſimplicibus ſubrotundis. Germen infra receptaculum proprium, ſtyli reflexi, ſtigmata obtuſa. Pericarpium nullum. Fructus bipartibilis. Semina duo, quorum figura interdum differentias ſubminiſtrat; hinc Moriſonus & Tournefortius ſecundum haec Umbellatas diſpoſuerunt. Artedus vero & Linnaeus ex involucro diviſiones petunt. In quibusdam enim umbella univerſalis cingitur aliquot foliolis plerumque linearibus, quae eam ante explicationem quodammodo involvunt, hinc involucri nomen; umbellae partiales pariter involucris cinctae. In aliis umbella univerſalis caret involucro, ſed partiales eo donantur. Denique nonnullae involucro plane deſtituuntur. Hinc diviſio in plantas 1. involucro univerſali & partiali, 2. involucro partiali tantum, 3. involucro nullo, 4. umbella ſimplici.

1. *involucro univerſali & partiali.*

Sanicula. Bupleurum. Tordylium. Daucus. Conium. Selinum. Athamanta. Laſerpitium. Heracleum. Angelica. Sium. Liguſticum.

## 80. SANICULA.

*Cal.* Umbella univerſalis radiis quatuor aut quinque, partialis plurimis confertis. Involucrum univerſale foliolum diviſum, extrorſum ſitum, partiale ambiens pariter diviſum. *Cor.* petala inflexa, bifida. *Stam.* corollis longiora. *Piſt.*

*Pist.* germen hispidum, stigmata acuta. *Sem.* scabra, extrorsum convexa. Digynia.

1. *Sanicula foliis radicalibus simplicibus, floseulis omnibus sessilibus. L.* Sanicula officinarum. B. Sanickel. Folia radicalia palmata quinqueloba, caulina in quinque lacinias profundius divisa. Flosculi minuti, conferti, sordide albi. im heiligen Brunnen, & alibi in sylvis, parcius floret Junio.

## 81. BUPLEURUM.

*Cal.* Umbella universalis radiis paucioribus quam decem, partialis consimilis. Involucrum universale diphyllum, partiale pentaphyllum. *Cor.* petala inflexo-cordata. *Sem.* oblonga, extrorsum convexa, striata.

1. *Bupleurum involucellis pentaphyllis acutis, universali diphyllo, foliis lanceolatis obtusis petiolatis. L.* Bupleurum folio subrotundo sive vulgatissimum. B. Oelhafius detexit bey der Oliwa, Julio.

## 82. TORDYLIUM.

*Cal.* Umbella universalis radiis pluribus inaequalibus, partialis consimilis. Involucrum universale foliolis tenuibus, paucis; partiale dimidiatum. *Cor.* Petala inflexo-cordata, in disco aequalia, in radio seu in floseulis exterioribus, petalum extimum majus bipartitum. *Sem.* subrotunda, denticulis aspera.

† 1. *Tordylium umbella conferta, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis. L.* Caucalis semine aspero, floseulis rubentibus. B. Semina aspera & flores rubentes plantam ab aliis umbellatis facile distinguunt. Crescit in montibus & convallibus vor dem Oliwischen Thor, floret Julio.

*Digynia.* In quibusdam ſpeciebus petalum extimum floſculorum in radio ſitorum maximum eſt, & corollam valde inaequalem reddit, ſed in noſtra parum a reliquis differt.

## 83. DAUCUS.

*Cal.* Umbella univerſalis & partialis multiplex, Involucrum univerſale polyphyllum, pinnatifidum; partiale ſimplicius. *Cor.* petala inflexo-cordata, exteriora majora. *Sem.* ovata, extrorſum convexa, pilis rigidis hirſuta.

1. *Daucus ſeminibus hiſpidis. L.* Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris Dioſcoridis vel Daucus officinarum. B. Vogelneſt. In medio umbellae plerumque punctum aliquod rubens, inſtar floſculi nondum explicati cernitur. Umbella dum floret plana eſt, poſt floreſcentiam una cum involucro univerſali contrahitur, & in medio fit concava, ut nidum quodammodo referat, hinc nomen germanicum. Copioſe floret in collibus hinter dem Grünen Hofe, Julio.

## 84. CONIUM.

*Cal.* Umbella univerſalis & partialis radiis pluribus. Involucrum univerſale & partiale polyphyllum, breve. *Cor.* Petala inflexo-cordata, inaequalia. *Sem.* fere hemiſphaerica, ſtriata.

† 1. *Conium ſeminibus ſtriatis. L.* Cicuta major. B. Schierling. Folia tripinnata. Diverſis locis creſcit; vidi eam im Jaſchkenthal, prope ſtagnum, vor dem Legen Thor, item bey der Schießbude am Stadtgraben, floret Julio.

## 85. SELINUM.

*Cal.* Umbella univerſalis radiis pluribus, longis, patentibus; partialis radiis pluribus. Involucrum

lucrum universale polyphyllum reflexum; partiale polyphyllum, patens. *Cor.* petala inflexo-cordata inaequalia. *Sem.* elliptica, plana, medio striata, lateribus membranaceis.

1. *Selinum radice fusiformi multiplici. L.* Apium sylvestre lacteo succo turgens. B. Folia bipinnata, foliolis oblongis. Caules canaliculati. Floret in collibus hinter dem Grünen Hofe, Julio.

## 86. ATHAMANTA.

*Cal.* Umbella universalis multiplex; partialis parcior. Involucrum universale & partiale polyphyllum lineare. *Cor.* petala inflexo-cordata, fere aequalia. *Sem.* ovata, extrorsum convexa, striata.

† 1. *Athamanta foliis bipinnatis planis, umbella hemisphaerica, seminibus hirsutis. L.* Libanotis minor apii folio. B. Ramuli petiolorum ad angulos rectos discedunt, quibus foliola laciniata adfiguntur; hinter dem Grünen Hofe, Jul. Aug.

2. *Athamanta foliolis divaricatis. L.* Apium montanum folio ampliore. B. Oreoselinum primum Tabern. Petiola foliorum angulata, & ramuli saepe angulos obtusos cum petiolo faciunt, hisque foliola breviora laciniata insident; in collibus hinter dem Grünen Hofe, August. Flosculi in utraque specie sordide albi; caules canaliculati.

## 87. LASERPITIUM.

*Cal.* Umbella magna radiis numerosis, partialis plana radiis pluribus. Involucrum universale & partiale polyphyllum, parvum. *Cor.* petala inflexo-cordata. *Sem.* maxima oblonga, quorum quodvis quatuor alis membranaceis, duobus in dorso, & totidem in marginibus instructum.

† 1. *La-*

Digynia. † 1. *Laserpitium foliolis lanceolatis integerrimis, extimis coalitis. L.* Laserpitium daucoides prutenicum viscoso semine. B. Breyn. centur. Caulis & folia hirsuta. Semina odoris & saporis aromatici. Jac. Breynius plantam detexit, descripsit & figura illustravit. Floruit bey Zoppoth, und bey der Kolbude, Julio.

## 88. HERACLEUM.

*Cal.* Umbella magna multiplex, partialis plana. Involucrum universale polyphyllum, caducum; partiale dimidiatum, foliolis tribus ad septem. *Cor.* petala disci aequalia inflexo-uncinata, radii inaequalia, exteriora majora, bifida. *Sem.* ovata compressa foliacea striata.

1. *Heracleum foliolis pinnatifidis. L.* Sphondylium vulgare hirsutum. B. Bärenklau. Folia magna, lata, pinnata, pinnis lobatis. Involucrum universale saepissime decidit antequam umbella defloruit. auf der Wiese bey Langefuhr, item zwischen dem heiligen Brunnen und Grünen Hofe, Junio.

## 89. ANGELICA.

*Cal.* Umbella universalis multiplex rotunda, partialis globosa. Involucrum universale tri- vel pentaphyllum parvum, partiale octophyllum. *Cor.* petala leviter incurva. *Sem.* ovata, margine cincta, extrorsum convexa, tribus lineis longitudinalibus elevatis notata.

1. *Angelica foliis aequalibus ovato-lanceolatis serratis. L.* Angelica sylvestris major. B. Flores sordide albi; in collibus hinter dem Grünen Hofe inter fruticeta, Jul. Aug.
2. *Angelica foliorum impari lobato. L.* Angelica aquatica. B. Archangelica. Tabern. Planta procera, foliis

foliis magnis; vor dem Legen Thor, & alibi in humidis, Jul. Aug. Digynia

## 90. SIUM.

*Cal.* Umbella universalis radiis pluribus, partialis plana. Involucrum universale polyphyllum, foliolis lanceolatis reflexis; partiale polyphyllum lineare. *Cor.* petala inflexa. *Sem.* subrotunda, extrorsum convexa striata.

† 1. *Sium foliis pinnatis, umbella terminali. L.* Sium latifolium. B. Foliola magna oblonga, cum impari; ad fossas auf dem Kupperdamm & alibi, Julio.

† 2. *Sium sive Apium palustre foliis oblongis. B.* Folia pinnata, foliolis longis angustis argute serratis; ibidem.

† 3. *Sium foliis pinnatis, umbellis axillaribus sessilibus. L.* Folia pinnata, foliolis pluribus brevibus denticulatis, basi plerumque auriculatis. Umbellae ex alis foliorum erumpunt, & rami caulis umbellis terminantur. Flosculi minuti. Crescit ad fossas, soepe in ipsis aquis, hinter Neuschottland & alibi, August.

## 91. LIGUSTICUM.

*Cal.* Umbella universalis & partialis multiplex. Involucrum universale heptaphyllum, partiale vix quadriphyllum, *Cor.* petala inflexa, introrsum carinata. *Sem.* quinque striis elevatis notata.

1. *Ligusticum foliis multiplicato-pinnatis, foliolis pinnatim incisis. L.* Cicutaria latifolia foetida. B. Oelhafius plantam vidisse adfirmat, hinter dem Stries, Julio; nisi forte Cicutam majorem Bauh. aut aliam herbam pro Cicutaria foetida habuit.

Digynia.

2. *involucro partiali tantum.*

Phellandrium. Cicuta. Æthusa. Chaerophyllum. Seseli. Scandix.

## 92. PHELLANDRIUM.

*Cal.* Umbella universalis & partialis multiplex. Involucrum heptaphyllum, foliolis acutis. *Cor.* petala acuminata cordato-inflexa. *Sem.* ovata, glabra.

1. *Phellandrium foliorum ramificationibus divaricatis. L.* Cicutaria palustris tenuifolia. B. Wasserschierling. Calyx proprius floscul orum in hac planta aliquantum major est quam in reliquis umbellatis, nec cum flore marcescit, sed una cum pistillis in fructu persistit, qui hinc facile dignoscitur. Crescit ad fossas & in aquis ipsis, am Kupperdamm, im Jaschkenthal & alibi, Julio.

## 93. CICUTA.

*Cal.* Umbella universalis & partialis radiis pluribus. Involucrum polyphyllum, foliolis brevibus setosis. *Cor.* petala ovata inflexa. *Sem.* subrotunda, extrorsum convexa, striata.

† 1. *Cicuta umbellis folio oppositis, petiolis marginatis obtusis. L.* Sium erucae folio. B. Folia pinnata, pinnulis plerisque ternatis; in fossis & aquis, am Kupperdamm & alibi, Julio.

## 94. ÆTHUSA.

*Cal.* Umbella universalis radiis pluribus, interioribus brevioribus; partialis parva. Involucrum foliolis tribus vel quinque longis linearibus pendulis extrorsum positis. *Cor.* petala inflexo-cordata inaequalia. *Sem.* rotunda, striata.

† 1. *Æthu-*

† 1. *Aethusa Cynapium. L.* Cicuta minor petroselino similis. B. Herba satis nota, foliis apii, in hortis & oleraceis sponte nascens, floret Junio, Julio. Digynia.

## 95. CHÆROPHYLLUM.

*Cal.* Umbella universalis & partialis radiis fere aequalibus. Involucri foliola lanceolata concava reflexa quinque ad decem. *Cor.* petala inflexo-cordata, exteriora paulum majora. *Sem.* oblonga, superne attenuata, extrorsum convexa.

† 1. *Chaerophyllum floscul is omnibus fertilibus, caule aequali. L.* Myrrhis sylvestris, seminibus laevibus. B. Folia bipinnata; ad sepes, & auf dem Wall, Majo & Junio.

† 2. *Chaerophyllum caule scabro, geniculis tumidis. L.* Chaerophyllum sylvestre. B. Foliola majora, iisdem locis & mensibus.

## 96. SESELI.

*Cal.* Umbella universalis & partialis multiplex. Involucrum polyphyllum lineare. *Cor.* petala inflexo cordata, leviter inaequalia. *Sem.* ovata, extrorsum convexa, striata.

† 1. *Seseli foliis bipinnatis sublinearibus, petiolis basi membranaceis, seminibus ovalibus. L.* Carvifolia. B. Folia longa, ramulis brevibus, foliolis tenuibus incisis plantam ornant; in collibus hinter dem Grünen Hofe, Julio.

## 97. SCANDIX.

*Cal.* Umbella universalis radiis paucis, partialis pluribus. Involucrum pentaphyllum. *Cor.* flosculi in disco masculi, in radio hermaphroditi, petala cordato-inflexa inaequalia. *Sem.* longissima subulata sulcata.

Digynia.

1. *Scandix seminibus sulcatis angulatis, umbellarum disco masculo. L.* Myrrhis major vel Cicutaria odorata. B. Oelhafius detexit im Bärenwinkel, & im heiligen Brunnen, umbella rubente, Junio. Hodie in dem h. Brunnen non reperitur.

### 3. *involucro nullo.*

Pastinaca. Pimpinella. Apium. Ægopodium.

## 98. PASTINACA.

*Cal.* Umbella universalis & partialis multiplex. *Cor.* petala lanceolata incurva. *Sem.* elliptica, margine cincta.

1. *Pastinaca foliis simpliciter pinnatis. L.* Pastinaca sylvestris latifolia. B. Wilde Pastinack. Flosculi lutei. hinter dem Grünen Hofe, & hinter der Ohra, Jul. August.

## 99. PIMPINELLA.

*Cal.* Umbella universalis radiis pluribus, partialis adhuc pluribus. *Cor.* petala inflexo-cordata. *Sem.* oblonga, versus apicem angustiora, extrorsum convexa striata.

1. *Pimpinella foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis, summis linearibus. L.* Pimpinella saxifraga. B. Bibernell. Folia hujus plantae varie formata, radicalia enim & caulina inferiora foliolis fere rotundis magnis profunde incisis aut denticulatis instructa, superiora minora pinnas gerunt lineares, apice latiores, pinnulis lateralibus ornatas, summa tandem minima linearia pinnata; in montibus nostris, Junio & Julio.

100. API-

Digynia.

## 100. APIUM.

*Cal.* Umbella universalis radiis paucioribus, partialis pluribus. *Cor.* petala subrotunda inflexa. *Sem.* ovata striata.

1. *Apium foliolis caulinis cuneiformibus. L.* Apium palustre & Apium officinarum. B. Foliorum radicalium pinnae lobatae, acute dentatae. Flores lutei. Oelhafius reperit bey der Oliva & auf dem Holm, August.

## 101. AEGOPODIUM.

*Cal.* Umbella univ. & part. multiplex. *Cor.* petala ovata, concava. *Sem.* oblonga, extrorsum convexa, striata.

1. *Aegopodium foliis caulinis summis ternatis. L.* Angelica sylvestris minor seu erratica. B. Gierſch. Folia inferiora biternata; ad sepes & in hortis sponte floret Junio.

### 4. *umbella simplici.*

## 102. HYDROCOTYLE.

*Cal.* involucrum tetraphyllum, parvum. *Cor.* petala ovato-acuta patentia. *Sem.* compressa, semi orbiculata.

1. *Hydrocotyle foliis peltatis, umbellis quinquefloris. L.* Ranunculus aquaticus cotyledonis folio. B. Oelhafius sub nomine Umbilici Veneris protulit, & reperit auf dem Holm in paludibus & piscinis.

### C. *Trigynia.*

Trigynia.

Viburnum. Sambucus. Alsine.

103. VI-

*Trigynia.*

## 103. VIBURNUM.

*Cal.* minimus, quinquedentatus. *Cor.* campanulata ſemiquinquefida, laciniis obtuſis reflexis. *Stam.* ſubulata, antheris rotundis. *Piſt.* germen infra receptaculum, ſtyli nulli, ſtigmata obtuſa in glandula turbinata. *Pericarp.* bacca unilocularis. *Sem.* unicum, oſſeum.

1. *Viburnum foliis lobatis petiolis glanduloſis.* *L.* Sambucus aquatica flore ſimplici. B. Ballroſen. Flores hujus arboris ſeu fruticis albi, umbellati, laterales ſeu radii majores, maſculi, adeoque ſteriles; diſci minores, hermaphroditi, baccas rubras gerunt; in collibus hinter dem Grünen Hofe inter virgulta, Junio.

## 104. SAMBUCUS.

*Cal.* minimus quinquepartitus. *Cor.* petalum ſemiquinquefidum, laciniis reflexis obtuſis. *Stam.* ſubulata antheris rotundis. *Piſt.* germen infra receptaculum, ſtyli nulli, ſtigmata obtuſa in glandula ventricoſa. *Pericarp.* bacca unilocularis. *Sem.* tria angulata.

1. *Sambucus cymis quinquepartitis, caule arboreo.* *L.* Sambucus fructu in umbella nigro. B. Flieder. Arbor notiſſima & vulgatiſſima, ad pagos & ſepes, Junio.

2. *Sambucus cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis.* *L.* Sambucus humilis ſeu Ebulus. B. Folia priori ſimilia ſed tetri odoris, flores albi interdum rubei bene olere dicuntur, baccae rufae. Oelhafius in vicinis agris deprehendit, Jul. Auguſt. ubi hodie vix reperietur.

Trigynia.

## 105. ALSINE.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis concavis acuminatis. *Cor.* petala quinque. *Stam.* capillaria, antherae rotundae. *Pist.* germen ovatum, styli filiformes, stigmata obtusa. *Pericarp.* capsula ovata, unilocularis. *Sem.* plurima, subrotunda.

1. *Alsine petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. L.* Alsine media. B. Mire. Planta vulgaris, notissima, repens, ubique in hortis & campis se diffundens; flosculi albi jam Martio adparent, imo per totum annum tempestate miti florent.

Tetragynia.

## D. *Tetragynia.*

## 106. PARNASSIA.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis oblongis acutis. *Cor.* petala quinque subrotunda concava striata; in medio quinque squamulae, singulae in margine stylis tredecim gradatim altioribus instructae, quibus totidem globuli insident, nectarium constituentes. *Stam.* subulata, antheris incumbentibus. *Pist.* germen magnum ovatum, styli nulli, stigmata obtusa. *Pericarp.* capsula tetragona, quadrivalvis, unilocularis. *Sem.* plurima.

1. *Parnassia palustris. L.* Gramen parnassi albo simplici flore. B. Folia radicalia petiolata ovata, caulinum unicum amplexicaule. Flores albi, globulis luteis nectarii ornati, venusti; in pratis hinter Neuschottland, auf der Saspe, bey Karlkau, Aug. Sept.

Pentagynia.

## E. *Pentagynia.*

Statice. Linum. Drosera.

107. STA-

*Pentagynia.*

## 107. STATICE.

*Cal.* communis polyphyllus, ſquamis membranaceis imbricatis coloratis; proprius infundibuliformis limbo plicato. *Cor.* petala quinque inferne anguſtata, ſuperne latiora obtuſa. *Stam.* ſubulata, unguibus corollae inſerta, antheris incumbentibus. *Piſt.* ſtyli filiformes, ſtigmata acuta. *Peric.* nullum. *Sem.* unicum, minimum, calyce proprio coronatum.

1. *Statice caule nudo ſimplici capitato. L.* Caryophyllus montanus flore globoſo. B. Folia graminea. Flores in capitulum collecti, coloris roſei aut dilute rubri, ſquamae calycis in medio pariter coloratae; ad viam nach Langefuhr, & in montibus copioſe, Majo & per totam aeſtatem.

## 108. LINUM.

*Cal.* pentaphyllus, parvus, acutus. *Cor.* infundibuliformis petalis quinque oblongis, ſuperne latioribus obtuſis. *Stam.* ſubulata antheris ſagittatis. *Piſt.* ſtyli filiformes, ſtigmata reflexa. *Peric.* capſula globoſa, decem locularis, quinquevalvis. *Sem.* ſolitaria, acuminata.

† 1. *Linum foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. L.* Linum pratenſe floſculis exiguis. B. Spergula bifolia, lini capitulis. Loeſel. Folia erecta cauli adproximata eum veſtiunt; ubi folia deſinunt dividitur in pedunculos dichotomos, quibus floſculi parvi albi inſident; in montibus hinter dem Herbergiſchen Walde, & auf der Saspe, Julio.

109. DRO-

Pentagynia.

## 109. DROSERA.

*Cal.* quinquefidus acutus. *Cor.* infundibuliformis petalis quinque ovatis obtusis. *Stam.* subulata, antherae parvae. *Pist.* styli & stigmata simplicia. *Pericarp.* capsula unilocularis, quinquevalvis. *Sem.* plurima, minima.

1. *Drosera scapis radicatis, foliis orbiculatis. L.* Ros solis folio rotundo. B. Sonnenthau.

2. *Drosera scapis radicatis, foliis oblongis. L.* Ros solis folio oblongo. B. Herba pusilla, foliis villosis rubicundis, floseulis albis. Oelhafius ambas species inter muscorum genera, locis udis detexit, Jul. Ang.

## *F. Polygynia.*

Polygynia.

## 110. MYOSURUS.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis obtusis, reflexis, coloratis, deciduis. *Cor.* petala quinque minutissima, calyce breviora. *Stam.* longitudine calycis, antherae oblongae. *Pist.* germina numerosa, styli nulli, stigmata simplicia. *Peric.* nullum; receptaculum longissimum spicaeforme, seminibus imbricatim dispositis tectum. *Sem.* numerosa oblonga.

† 1. *Myosurus minimus. L.* Holosteo affinis Cauda muris. B. Folia graminea, floseuli albidi, in quibus singulare, quod receptaculum, cui germina insident, post floreseentiam in spicam seu stylum longissimum excreseit, seminibus arcte undique tectum; in campis & pratis, etiam in hortis sponte creseit, Majo & Junio.

Clas-

# Classis VI.

## *HEXANDRIA.*

Staminibus sex, quae vel Monogynia, vel Trigynia, vel Polygynia.

*Monogynia.*

### *A. Monogynia.*

Allium. Lilium. Ornithogalum. Antericum. Asparagus. Convallaria. Acorus. Juncus. Berberis.

### III. ALLIUM.

*Cal.* Spatha communis, flosculos ante florescentiam includens. *Cor.* petala oblonga concavo-erecta. *Stam.* subulata, antherae erectae. *Pist.* germen breve, subtrigonum, stylus simplex, stigma acutum. *Peric.* capsula trilocularis trivalvis. *Sem.* plura.

† 1. *Allium caule planifolio bulbifero, staminibus subulatis. L.* Allium montanum bicorne angustifolium flore dilute purpurascente. B. Spatha, dum flosculi explicantur, in duo cornua longissima reflexa abit. Flosculi umbellati albidi fere, linea lata purpurascente per medium petalorum ducta. Inter flores simul bulbi aliquot crescunt, qui flosculis priores adparent; bey dem Grünen Hofe, Auguſt.

2. *Allium caule teretifolio bulbifero, staminibus tricuspidatis. L.* Allium campestre juncifolium capitatum purpurascens majus. B. Ackerknoblauch. Flosculi purpu-

purpurei seu violacei. Stamina singularia, tria enim alterna subulata, tria reliqua lata, in tres cuspides desinentia, quarum mediae anthera insidet; in pratis aut agris passim, & in sylvis, sed ubique parcius, in hortis saepe sponte crescit, floretque Julio, August. Oelhafius hanc speciem etiam detexit, sicut synonymum Bauhini adductum probat, sed dum in fine addit, eam Aprili flore luteo prodire, difficile dictu quid velit, nisi forte Ornithogalum cum Allio confudit, quod tamen postea separatim profert. *Monogynia.*

## 112. LILIUM.

*Cal.* nullus. *Cor.* campanulata, petalis sex reflexis. *Stam.* subulata, antheris incumbentibus. *Pist.* germen cylindraceum, stylus teres, stigma triangulare. *Peric.* capsula sex sulcis exarata, trilocularis. *Sem.* plurima, plana.

1. *Lilium foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. L.* Lilium floribus reflexis montanum. B. Türkischer Bund. Flos in hortis notus. Oelhafius zwischen dem Stries und Bärenwinkel vidit florentem Junio; hodie ibi frustra quaeritur.

## 113. ORNITHOGALUM.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala sex lanceolata, erecto-patentia, persistentia. *Stam.* erecta, antherae simplices. *Pist.* stylus subulatus, stigma obtusum. *Peric.* capsula angulata trilocularis. *Sem.* subrotunda.

1. *Ornithogalum scapo anguloso diphyllo, pedunculis umbellatis simplicibus. L.* Ornithogalum luteum. B. Ackerzwiebel. Flores lutei, a parte exteriore petalorum linea lata viridis longitudinalis. bey dem

Monogynia.

Heiligen Brunnen, und im Herbergischen Walde, in hortis quoque sponte crescit, & difficillime exstirpatur, floret Aprili & Majo.

## 114. ANTHERICUM.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala sex oblonga, obtusa, *Stam.* subulata, antherae incumbentes quadrisulcae. *Pist.* stylus simplex, stigma trigonum. *Peric.* capsula trisulca, trilocularis. *Sem.* plurima angulata.

1. *Anthericum foliis planis, scapo ramoso, corollis planis. L.* Phalangium parvo flore ramosum. B. Oelhafius reperit in montibus bey der Oliwa, Majo & Junio.

† 2. *Anthericum foliis planis, scapo simplicissimo. L.* Phalangium parvo flore non ramosum. B. Erdspinnenkraut. Flores albi, satis magni, speciosi, pedunculis simplicibus scapo adfingnntur. Folia longa, angusta, linearia. bey Karlkau, Julio.

## 115. ASPARAGUS.

*Cal.* nullus. *Cor.* campanulata, petalis sex, tribus alternis interioribus. *Stam.* filiformia petalis inserta, antherae subrotundae. *Pist.* germen trigonum, stylus brevissimus, stigma punctum prominens. *Peric.* bacca globosa trilocularis. *Sem.* bina.

† 1. *Asparagus caule herbaceo erecto, foliis setaceis, stipulis paribus.* Asparagus sylvestris, tenuissimo folio. B. hinter dem Grünen Hofe, Junio.

## 116. CONVALLARIA.

*Cal.* nullus. *Cor.* campanulata, limbo sexfido reflexo. *Stam.* subulata, petalo inserta, antheris erectis

erectis oblongis. *Pist.* germen globosum stylus filiformis, stigma trigonum. *Peric.* bacca globosa, trilocularis. *Sem.* solitaria. *Monogynia.*

1. *Convallaria scapo nudo. L.* Lilium convallium album. B. Lilien Convallien. in collibus hinter dem Grünen Hofe inter virgulta, Majo.
2. *Convallaria foliis alternis amplexicaulibus, caule anceps, pedunculis axillaribus unifloris. L.* Polygonatum latifolium vulgare. B. Sigillum Salomonis. Trag. Folia ovata, venis seu striis distincta, inferiora amplexicaulia, superiora saepe sessilia aut brevissimis petiolis fulta; ex alis foliorum pedunculi breves, quibus adhaerent flores, non ut in priori specie globosi, sed angusti, longi, campanulati, albi, apicibus limbi plerumque viridibus; loco eodem, Junio.
3. *Convallaria foliis cordatis. L.* Lilium convallium minus. B. Unifolium. Brunf. Planta non nisi unicum folium satis magnum, glabrum, venosum ostendit; caulis, ubi flores profert, alterum addit. Flores parvi, albi, odorati, corolla non campanulata sed rotata; petala & stamina tantum quatuor, bacca bilocularis; im Jaschkenthal, & in aliis sylvis, Junio.

Bacca in omnibus speciebus ante maturitatem maculata, postea rubra aut in specie secunda nigra.

## 117. ACORUS.

*Cal.* nullus. Spadix cylindricus flosculis tectus. *Cor.* petala sex obtusa, concava, superne crassiora. *Stam.* crassiuscula, antherae didymae. *Pist.* germen oblongum, corolla longius, stylus nullus, stigma punctum prominens. *Pericarp.* capsula brevis, triangula, trilocularis. *Sem.* oblonga.

*Monogynia.*

† 1. *Acorus vulgaris. L.* Acorus verus ſeu Calamus aromaticus officinarum. B. Kalmus. in aquis ſtagnantibus, Majo & Junio.

## 118. IUNCUS.

*Cal.* communis gluma bivalvis, proprius hexaphyllus, foliolis acuminatis, perſiſtentibus, coloratis. *Cor.* nulla. *Stam.* breviſſima, antherae longae erectae. *Piſt.* germen acuminatum, ſtylus brevis, ſtigmata tria, longa, villoſa, inflexa. *Peric.* capſula triquetra, trivalvis, unilocularis. *Sem.* ſubrotunda.

† 1. *Juncus culmo nudo ſtricto, capitulo laterali. L.* Juncus laevis, panicula non ſparſa. B. Planta ſine foliis, culmos junceos tantum producens, e quorum latere aliquantum infra apicem erumpit florum panicula denſe conglomerata, coloris fuſci aut rufeſcentis, ſicut fere omnes Juncorum ſpecies; in paludibus, Junio.

† 2. *Juncus culmo nudo ſtricto, panicula laterali. L.* Juncus laevis, panicula ſparſa major. B. Planta priori ſimilis, ſed culmi longiores, & panicula pedunculis longioribus magis ſparſa & effuſa; iisdem locis, Junio, Julio.

† 3. *Juncus culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. L.* Juncus laevis, panicula ſparſa minor. B. Culmi tenues, e quorum medio fere erumpit panicula pedunculis paucis, tribus circiter, floſculis aeque paucis. auf der Saspe, Auguſt.

† 4. *Juncus culmo nudo, foliis ſetaceis, capitulis glomeratis aphyllis. L.* Gramen junceum, foliis & ſpica Junci. B. Gramen junceum ſemine acuminato. Loeſel. Haec planta foliis radicalibus canaliculatis inſtructa; culmorum ſummitati inſidet panicula e vagina lata prorumpens, pedunculis tribus

parum

parum ramoſis, floribus onuſtis. Breynius cum Scheuchzero communicavit.

† 5. *Juncus foliis nudoſo-articulatis. L.* Gramen junceum folio articulato aquaticum. B. Culmi geniculis aliquot praediti, e quorum ſingulis oritur folium tubulare, ſtrictum dum viret, aſt ubi ſiccum in plures articulos diviſum. In ſummo culmi panicula pedunculis conſtans pluribus, brevioribus & longioribus ſubdiviſis; in palude haud procul a littore maris reperi Auguſto.

† 6. *Juncus foliis linearibus canaliculatis, capſulis obtuſis. L.* Folia e radice faſciculatim, caulina e vagina lata prodeunt, ſatis longa. Panicula in ſummo culmo ramoſa, parum ſparſa; floſculis minoribus; an der Weichſel & in Neuſchottland, Junio.

7. *Juncus culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. L.* Gramen nemoroſum calyculis paleaceis. B. Folia radicalia & caulina in minoribus fere capillaria, in majoribus anguſta, flores partim in diviſuris caulis dichotomi, partim ad latera & apices ramulorum; in humidis copioſiſſime, im Jaſchkenthal, bey Karlkau, & in convallibus montium, Junio, Julio.

† 8. *Juncus foliis planis piloſis, corymbo ramoſo. L.* Gramen nemoroſum hirſutum latifolium. B. Corymbus pedunculis conſtat plurimis longis, apice in ramulos breviores ſubdiviſis, quibus flores ſolitarii, majores, rufeſcentes inſident; im Walde bey Langefuhr, & in aliis ſylvis, Aprili. Hujus Varietas: Gramen hirſutum nemoroſum anguſtifolium alpinum, paniculis obſcure rufeſcentibus. Scheuchz. ad alas foliorum erumpit faſciculus pilorum; in ſylvis.

† 9. *Juncus foliis planis ſub-piloſis, ſpicis ſeſſili pedunculatisque. L.* Gramen hirſutum capitulis pſyllii.

*Monogynia.*

B. In ſummo culmo capitula florum conglomerata pedunculata, unum vero ſeſſile; in montibus & campis arenoſis copioſe, Majo.

## 119. BERBERIS.

*Cal.* hexaphyllus, foliolis concavis, ovatis, coloratis, alternis minoribus. *Cor.* petala ſex ſubrotunda, concava, patentia; baſi ſinguli petali duo corpuſcula rotunda adnata, nectarium conſtituentia. *Stam.* obtuſa, compreſſa, antherae binae, apici utrinque adnatae. *Piſt.* germen cylindraceum, ſtylus nullus, ſtigma orbiculatum. *Peric.* bacca oblonga, uniloculariſ. *Sem.* duo, cylindracea.

1. *Berberis pedunculis racemoſis. L.* Berberis dumetorum. B. Rebarberbeeren nobis. Arbor ſpinis triplicibus munita. Folia oblonga apice obtuſiore, margine minutis denticulis fere ciliato. Flores cum calycibus lutei. Baccae rubrae; im Herbergiſchen Walde, im Jaſchkenthal, Majo, Junio.

*Trigynia.*

## *B. Trigynia.*

Rumex. Triglochin.

## 120. RUMEX.

*Cal.* triphyllus, foliolis obtuſis reflexis. *Cor.* petala tria ovata, conniventia, perſiſtentia. *Stam.* breviſſima, antherae didymae, erectae. *Piſt.* germen triquetrum, ſtyli capillares, reflexi, inter rimas petalorum exſerti, ſtigmata magna, laciniata. *Pericarp.* nullum. *Sem.* unicum triquetrum, corolla connivente incluſum.

† 1. *Rumex floribus hermaphroditis, valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. L.* Lapathum

pathum folio acuto crispo. B. Caulis altus, in ramulos subdivisus, quibus flores copiosi brevibus pedunculis fulti glomeratim insident; am Kupperdamm, Julio.

† 2. *Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis. L.* Lapathum acutum seu Oxylapathum. B. Folia magna, flores verticillati; im Jaschkenthal, bey Karlkau, & alibi in udis, Julio.

† 3. *Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis, foliis cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis. L.* Lapathum folio minus acuto. B. ad margines agrorum, Junio.

4. *Rumex floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis. L.* Lapathum aquaticum folio cubitali. B. Folia longissima, angustiora plerumque specie praecedente; ad fossas & aquas, im Jaschkenthal, auf dem Kupperdamm, & alibi, Julio.

5. *Rumex floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis. L.* Acetosa pratensis. B. Sauerampf. Flore rubro & albo. In hac & sequente specie flores masculi & feminei in distincta planta; in pratis & campis, Majo & Junio.

6. *Rumex floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis. L.* Acetosa arvensis lanceolata. B. Planta minor praecedente, floribus rubris; in sylvis, montibus & pratis, Junio. Hujus Varietas: Acetosa arvensis minima non lanceolata. B. Foliis caulinis linearibus; cum praecedente.

## 121. TRIGLOCHIN.

*Cal.* triphyllus, foliolis concavis, deciduis. *Cor.* petala tria, ovata, concava, obtusa, calyci similia. *Stam.* filamenta vix notabilia, antherae

*Trigynia.*

corolla breviores. *Pist.* germen magnum, styli nulli, stigmata reflexa, plumosa. *Pericarp.* capsula oblonga. *Sem.* solitaria.

† 1. *Triglochin capsulis trilocularibus sublinearibus. L.* Gramen junceum spicatum seu Triglochin. B. Folia graminea, angusta, longissima. Caulis procerus, cui flosculi longa serie brevibus pedunculis adhaerent. Calyces & corollae petala, utraque parum colorata, adhuc persistunt, dum capsula seminalis in longitudinem extenditur, tandem defluunt, bey Karlsau in humidis, Julio.

† 2. *Triglochin capsulis sexlocularibus ovatis. L.* Gramen spicatum alterum. B. Planta praecedenti similis, sed capsulae breviores, crassiores, stigmata sex, quot loculi in capsula; an der Sasper See, Junio.

## C. *Polygynia.*

### 122. ALISMA.

*Cal.* triphyllus, foliolis ovatis concavis. *Cor.* petala tria subrotunda, plana. *Stam.* subulata, antherae rotundae. *Pist.* germina plura, styli simplices, stigmata obtusa. *Peric.* capsulae plures compressae. *Sem.* solitaria, parva.

1. *Alisma foliis ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis. L.* Plantago aquatica latifolia. B. Folia magna, venosa, foliis plantaginis fere similia. Caulis altus in multos ramulos late diffusus, quibus flores albi numerosi adhaerent; in fossis & aquis stagnantibus, Julio.

# Classis VII.

*Monogynia.*

## *HEPTANDRIA.*

Staminibus septem.

### 123. TRIENTALIS.

*Cal.* foliolis septem angustis, acuminatis. *Cor.* petala septem ovato-lanceolata, basi leviter cohaerentia. *Stam.* filamenta capillaria, antherae simplices. *Pist.* germen globosum, stylus filiformis, stigma capitatum. *Pericarp.* capsula globosa unilocularis. *Sem.* angulata.

1. *Trientalis foliis lanceolatis integerrimis. L.* Pyrola alsines flore Europaea. B. Alsinanthemon. Thal. Caulis unicus foliis sex aut pluribus vestitus, inter quae pedunculi pauci, saepe bini, longi prominent, quilibet flore unico albo terminatur; numerus staminum interdum variat. im Jaschkenthal, Junio.

Ad hanc Classem pertinet Æsculus floribus heptandris. L. wilder Kastanienbaum. Arbor jam nobis vulgaris, licet nondum indigena.

# Classis VIII.

## OCTANDRIA.

Staminibus octo, que vel Monogynia, vel Trigynia, vel Tetragynia.

Mono-gynia.

### A. Monogynia.

Oenothera. Epilobium. Vaccinium. Erica. Daphne.

#### 124. OENOTHERA.

*Cal.* tubus longus, limbo quadripartito, laciniis longis, deflexis. *Cor.* petala quatuor obcordata, plana. *Stam.* subulata, incurva, tubo calycis inserta, antherae incumbentes. *Pist.* germen sub tubo calycis, stylus filiformis, stigma quadrifidum reflexum. *Pericarp.* capsula tetragona, quadrilocularis. *Sem.* plurima, angulata.

† 1. *Oenothera foliis ovato-lanceolatis planis. L.* Lysimachia lutea corniculata, B. Onagra latifolia. Tourn. Planta procera, flores magni in summo caulis; ex America in Europam venit, & adhuc in hortis colitur, tamen variis jam locis sponte crescit, bey Conradshammer, Karlkau, in campis & ad vias copiose, an der alten Rodaune, Jul. August.

#### 125. EPILOBIUM.

*Cal.* tetraphyllus, foliolis oblongis, acuminatis, coloratis. *Cor.* petala quatuor patentia.

*Stam.*

*Stam.* ſubulata, alterna breviora, antherae ovales, compreſſae. *Piſt.* germen longiſſimum infra receptaculum, ſtylus filiformis, ſtigma quadrifidum, revolutum. *Peric.* capſula longiſſima, ſtriata, quadrilocularis, quadrivalvis. *Sem.* numeroſa, pappo coronata.

† 1. *Epilobium foliis ſparſis lineari-lanceolatis. L.* Lyſimachia Chamaenerion dicta anguſtifolia. B. Planta hominis altitudinem adaequans; folia glabra ſaturate viridia, nervo albo per medium ducto. Petala ſubrotunda, patentia, inaequalia, unguibus longis anguſtis, purpurea; ſtamina cum piſtillo declinata; pericarpium & calyx purpurea; ad marginem ſylvae neben dem Heil. Brunnen in ſolo argilloſo, Julio.

2. *Epilobium foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis. L.* Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore. B. Weiderich. Petala in hac & ſequentibus bifida, purpurea aut pallide rubra. Varietas: Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore. B.

3. *Epilobium foliis oppoſitis ovatis dentatis. L.* Lyſimachia ſiliquoſa glabra major. B.

4. *Epilobium foliis lanceolato-linearibus denticulatis, imis oppoſitis, caule tetragono. L.* Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor. B.

Hae tres ſpecies ſtamina & piſtillum erecta habent; loca amant humida, & florent im heiligen Brunnen, Julio.

## 126. VACCINIUM.

*Cal.* minimus, germini inſidens, perſiſtens. *Cor.* monopetala, quadrifida, laciniis revolutis. *Stam.* ſimplicia, antherae bicornes, dorſo ariſtis duabus inſtructae. *Piſt.* germen infra receptaculum,

*Monogynia.*

culum, ſtylus ſtaminibus longior, ſtigma obtuſum. *Pericarp.* bacca globoſa, umbilicata, quadrilocularis. *Sem.* parva.

1. *Vaccinium pedunculis unifloris, foliis ſerratis ovatis deciduis, caule angulato. L.* Vitis idaea foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. B. Myrtillus. Lon. Blaubeeren. im Jaſchkenthal und Langefuhriſchen Walde copioſe, florent Majo.

2. *Vaccinium racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis, ſubtus punctatis. L.* Vitis idaea foliis ſubrotundis non crenatis, baccis rubris. B. Preuſſelbeeren. Folia per hyemem durant, ut & in ſequente; flores carnei; iisdem locis, Majo, Junio.

3. *Vaccinium foliis integerrimis, revolutis, ovatis, caulibus repentibus filiformibus nudis. L.* Vitis idaea paluſtris. B. Oxycoccus. Tourn. Moßbeeren. Folia anguſta, a parte averſa albicantia, ſicut in praecedente ſpecie. Flores rubri, petala penitus revoluta, ut corolla vix monopetala videatur. Baccae rubrae. bey Karlkau, Junio.

## 127. ERICA.

*Cal.* tetraphyllus, foliolis ovatis. *Cor.* monopetala, quadrifida, ventricoſa. *Stam.* capillaria, antherae bifidae. *Piſt.* ſtylus declinatus, ſtigma quadrifidum. *Pericarp.* capſula ſubrotunda, quadrilocularis. *Sem.* plurima, minima.

1. *Erica antheris bicornibus incluſis, corollis inaequalibus campanulatis mediocribus, foliis oppoſitis ſagittatis. L.* Erica vulgaris glabra. B. Heidekraut. Flore rubro & albo; in ſylvis, & campis ſterilibus copioſe, Auguſto.

128. DAPH-

Monogynia.

## 128. DAPHNE.

*Cal.* nullus. *Cor.* tubus cylindraceus, limbo quadrifido, laciniis ovatis, planis. *Stam.* brevia, tubo inserta, altera inferiora, antherae biloculares. *Pist.* germen ovatum, stylus nullus, stigma capitatum. *Peric.* bacca subrotunda. *Sem.* unicum, carnosum.

1. *Daphne floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. L.* Laureola folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola femina B. Kellerhals, Pfefferbaum, Wolfsbast nobis. in sylvis Olivensibus & remotioribus. Flores ante folia primo vere, Martio plerumque, adparent, & quia odoratissimi copiose urbem adportantur, quare frutex lentissime crescens brevi rarius reperietur. Baccae rubrae. In hortis etiam colitur.

Trigynia.

## B. *Trigynia.*

## 129. POLYCONUM.

*Cal.* nullus. *Cor.* petalum unicum basi angustius, limbo quinquepartito, laciniis ovatis. *Stam.* brevissima, interdum pauciora, antherae incumbentes. *Pist.* germen triquetrum, styli brevissimi, stigmata simplicia. *Peric.* nullum. *Sem.* unicum triquetrum, corolla involutum.

1. *Polygonum caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. L.* Bistorta major, radice minus intorta. B. Natterwurz. Flores carnei aut rosei in spicam densam congregati; in pratis hinter Neuschottland, Junio, Jul.

2. *Polygonum floribus pentandris semidigynis, staminibus corolla longioribus. L.* Potamogeton salicis folio. B. Folia longa, angusta, venosa, in aquis natan-

*Trigynia.*

natantia. Flores ſpicati carnei; ſtaminibus quinque, piſtillo bifido. in ſtagnis & foſſis, Auguſt.

3. *Polygonum floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. L.* Perſicaria urens ſeu Hydropiper. B. Waſſerpfeffer. Flores ſpicati purpurei copioſi; in humidis, im Ellernwalde auf der Saspe abundat, Auguſt.

4. *Polygonum floribus hexandris digynis, ſpicis ovatis oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. L.* Perſicaria mitis maculoſa & non maculoſa. B. Folia macula fuſca notata, in quibusdam ea carent. Spicae florum in quibusdam purpureae, in aliis albae; ſtamina in hac & praecedente ſex, ſtyli duo; ad vias vulgaris, Julio.

5. *Polygonum floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. L.* Polygonum latifolium. B. Wegtritt. Flores parvi ad alas foliorum ſeſſiles; ſolitarii, rubri, interdum albi; ubique ad vias & ſemitas terram contegit, Jul. Aug.

† 6. *Polygonum foliis cordatis, caule volubili, floribus planiuſculis. L.* Convolvulus minor ſemine triangulo. B. Volubilis nigra. Tabern. Buchwinde. Caules volubiles alte adſcendunt, ſi occaſionem nacti, plantas debiliores, ſicut cereales in agris circumvolvendo deprimunt & contegunt; ex alis foliorum pedunculi floriferi, quibus verticillatim & verſus apicem ſpicatim inſident; flores majuſculi, laxi, albi; ſemina nigra; in hortis ſoepe ſponte creſcit, & per aeſtatem floret.

*Tetragynia.*

## C. *Tetragynia.*

Paris. Adoxa.

### 140. PARIS.

*Cal.* tetraphyllus, foliolis lanceolatis, acutis, patentibus. *Cor.* petala quatuor ſubulata, paten-

tia,

tia, calyci ſimilia, perſiſtentia. *Stam.* ſubulata, antherae longae, medio filamentorum utrinque adnatae. *Piſt.* germen tetragonum, ſtyli patentes, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* bacca tetragona, quadrilocularis. *Sem.* plura. *Tetragynia.*

1. *Paris quadrifolia. L.* Solanum quadrifolium bacciferum. *B.* Caulis in medio foliis quatuor ovatis ornatus, in ſummitate flos ſolitarius, cujus calyx & petala viridia aut albida, germen purpureum, bacca nigreſcit; im Wald bey Karlſau, Junio.

## 131. ADOXA.

*Cal.* bifidus, planus, infra germen. *Cor.* monopetala plana, quadrifida, laciniis ovatis, acutis. *Stam.* ſubulata, antherae rotundae. *Piſt.* ſtyli erecti, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* bacca globoſa, quadrilocularis, inter calycem & corollam. *Sem.* ſolitaria.

1. *Adoxa Moſchatellina. L.* Ranunculus nemoroſus Moſchatellina dictus. *B.* Planta humilis, folia plerumque ternata, lobata, flores parvi, virides. Flos terminalis deſcriptioni reſpondet, laterales vero corollam quinquefidam, ſtamina decem, ſtylos quinque gerunt; im Herbergiſchen Walde, Majo.

Clas-

# Classis IX.

## ENNEANDRIA.

*Hexagynia.*

Staminibus novem.

### 132. BUTOMUS.

*Cal.* Involucrum commune triphyllum; umbella simplex; calyx proprius nullus. *Cor.* petala sex concava; altera minora, exteriora, acuta. *Stam.* subulata, antherae bilamellatae. *Pist.* germina sex acuminata, in stylos desinentia, stigmata simplicia. *Peric.* capsulae sex oblongae, sensim attenuatae. *Sem.* plurima.

1. *Butomus umbellatus. L.* Juncus floridus major. B. Folia longa, triquetra, flores speciosi, rosei coloris; in fossis & aquis, am Kupperdamm & alibi, Julio.

# Classis X.

## *DECANDRIA.*

Staminibus decem, quae vel Monogynia, vel Digynia, vel Trigynia, vel Pentagynia.

### *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

Ledum, Pyrola.

### 133. LEDUM.

*Cal.* quinquedentatus, minimus. *Cor.* petala quinque ovata, concava. *Stam.* filiformia, patentia, antherae oblongae. *Pist.* stylus filiformis, stigma obtusum. *Peric.* capsula subrotunda, quinquelocularis, basi dehiscens. *Sem.* numerosa, tenuissima.

1. *Ledum palustre. L.* Cistus Ledon foliis rosmarini ferrugineis. B. Rosmarinum sylvestre. Cam. Porsch. Frutex humilis, ramuli primo anno ferruginei, hirsuti, postea cortice cinereo velati; folia linearia rosmarino similia, in ramulis novis pariter ferruginea; flores albidi vel lutei, brevibus pedunculis suspensi; capsulae seminales rutilae; in der Mehring, im Wald bey der Münde, Jun. Jul.

### 134. PYROLA.

*Cal.* quinquepartitus, minimus. *Cor.* petala quinque subrotunda, concava. *Stam.* subulata, antherae magnae, nutantes, bicornes. *Pist.* ger-

*Monogynia.* men angulatum, ſtylus filiformis, ſtigma craſſiusculum. *Pericarp.* capſula pentagona, depreſſa, quinquelocularis. *Sem.* plurima, paleacea.

1. *Pyrola ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato. L.* Pyrola rotundifolia major. B. Wintergrün. Planta aliquot folia, ſex plerumque profert, foliis pyrorum ſimilia, per hyemem durantia; inter haec caulis eminet unicus, floribus albis odoratis veſtitus; im Herbergiſchen Walde, Junio.

† 2. *Pyrola racemo unilateri. L.* Pyrola folio mucronato ſerrato. B. Flores omnes ſecundi, ſeu verſus unum latus ſpectantes, piſtillum fere erectum, im Wald bey Karlkau, Julio.

*Digynia.* ## B. *Digynia.*

Chryſoſplenium. Saxifraga. Scleranthus. Saponaria. Dianthus.

### 135. CHRYSOSPLENIUM.

*Cal.* quadri-ſeu quinquepartitus, patens, coloratus, laciniis ovatis. *Cor.* nulla. *Stam.* octo ſeu decem breviſſima, antherae ſimplices. *Piſt.* germen receptaculo immerſum, ſtyli breves, ſtigmata obtuſa. *Pericarp.* capſula bipartita, unilocularis, bivalvis. *Sem.* plurima, minima.

† 1. *Chryſoſplenium foliis alternis. L.* Folia rotunda, crenata, petiolis longis; calyces luteo-virides. im Herbergiſchen Wald, im heiligen Brunnen, April. Maj.

2. *Chryſoſplenium foliis oppoſitis. L.* Saxifraga rotundifolia aurea. B. priori ſimilis, ſed folia oppoſita, petiolis brevioribus; locis & menſibus iisdem.

Lin-

Linnaeus florem primarium decandrum, reliquos octandros deprehendit; mihi decandros videre raro obtigit, licet plures examinaverim; flos terminalis cum lateralibus plerumque octandri & calyces quadripartiti erant; ergo florem primarium non semper decandrum conjicio. *Digynia.*

## 136. SAXIFRAGA.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis oblongis. *Cor.* petala quinque plana, basi angusta. *Stam.* subulata, antherae rotundae. *Pist.* germen acuminatum, styli breves, stigmata obtusa. *Peric.* capsula ovata, birostris, unilocularis. *Sem.* plurima, parva.

1. *Saxifraga foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. L.* Saxifraga rotundifolia alba. B. Steinbrech. Caules hirsuti, folia parva, rotunda fere, margine in lobos divisa, flores albi, calyce longiores; in montibus vor dem Oliwischen Thor, Majo.

## 137. SCLERANTHUS.

*Cal.* tubulatus, semiquinquefidus, acutus. *Cor.* nulla. *Stam.* minima, antherae subrotundae. *Pist.* styli capillares, stigmata simplicia. *Peric.* capsula ovata, tenuissima, in fundo calycis. *Sem.* duo, extrorsum convexa.

1. *Scleranthus calycibus fructus patulis. L.* Polygonum angustissimo & acuto vel gramineo folio minus repens. B. Planta annua; repens, foliis rariobus, viridibus, floscul is parvis, calycibus acutis viridibus; in campis sterilibus, arenosis, & ad vias, hinter Tempelburg, per aestatem.

Digynia.

2. *Scleranthus calycibus fructus clausis. L.* Polygonum cocciferum. B. Planta perennis, erecta, foliis crebrioribus incanis, floſculis majoribus, calycibus obtuſioribus albeſcentibus; in montibus & campis ſterilibus, Julio.

## 138. SAPONARIA.

*Cal.* tubulatus, quinquedentatus. *Cor.* petala quinque, unguibus anguſtis longitudine calycis, laminis obtuſis. *Stam.* ſubulata, alterna ſeriora, antherae incumbentes. *Piſt.* germen teres, ſtyli recti, ſtigmata acuta. *Pericarp.* capſula longitudine calycis, unilocularis. *Sem.* plurima, parva.

1. *Saponaria calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. L.* Saponaria major laevis. B. Seifenkraut. Folia oppoſita, lanceolata, tribus nervis diſtincta; ex alis foliorum pedunculi floriferi; flores albi; petala, ubi ungues in laminas abeunt, ſquamulam bifidam gerunt, quae nectarium eſt; bey Brentau, & aliis locis humidis, Julio,

## 139. DIANTHUS.

*Cal.* cylindraceus, longus, ſtriatus, ore quinquedentato, baſi quatuor ſquamulis cinctus. *Cor.* petala quinque, ungues anguſti longitudine calycis, limbus planus, laminis obtuſis, crenatis. *Stam.* longitudine calycis, antherae incumbentes. *Piſt.* germen ovatum, ſtyli ſubulati, ſtigmata recurva. *Peric.* capſula cylindrica, unilocularis. *Sem.* plurima.

1. *Dianthus floribus aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis lanceolatis villoſis, tubum aequantibus. L.* Caryophyllus barbatus ſylveſtris. B. Oelhafius in collibus zu Pitzkerdorf, Julio; detexit; hanc cartuſianorum ſpecism non niſi in hortis vidi.

2. Di-

Digynia.

2. *Dianthus floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis, tubum superantibus. L.* Caryophyllus sylvestris prolifer. B. wilde Nelken. Squamae ad basin calycis magnae, cavae, calyce majores, ipsum laxe involvunt; flores parvi, rutili; in montibus passim, Julio. Licet flores aggregati capitati plerumque sint, ego saepissime florem modo unicum in quovis capitulo reperi, quod & Ruppius tanquam Varietatem notavit; Bauhinus speciem peculiarem exinde fecit, quam adpellat: Caryophyllo prolifero affinem, unico ex quolibet capitulo flore.

† 3. *Dianthus floribus solitariis, squamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. L.* Caryophyllus sylvestris vulgaris latifolius & angustifolius. B. flore rubro, & pallido; in montibus, Julio. Hujus Varietas: Caryophyllus simplex minor, flore punctato. B. Flores rubri maculis albis guttati; in collibus hinter dem grünen Hofe.

Oelhafius addit Caryophyllum flore tenuissime disfecto. B. & Caryophyllum saxifragum strigosiorem. B. tanquam synonyma, cum hae vero distinctissimae sint species, quarum prior, Federnelken nobis, hic non sponte crescit, nec posterior, cujus calyces quinquangulati & flores minimi, a me hactenus reperta, in dubio relinquendum, quid per has intellexerit.

## C. *Trigynia.*

Trigynia.

Cucubalus. Silene. Stellaria. Arenaria.

### 140. CUCUBALUS.

*Cal.* globosus, quinquedentatus. *Cor.* petala quinque, unguibus longitudine calycis, laminis

*Trigynia.*

emarginatis. *Stam.* ſubulata, alterna ſeriora, antherae oblongae. *Piſt.* germen oblongum, ſtyli longi ſubulati, ſtigmata oblonga, pubeſcentia. *Pericarp.* capſula acuminata, triloçularis. *Sem.* plurima.

1. *Cucubalus calycibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſulis trilocularibus, corollis ſubnudis. L.* Lychnis ſylveſtris que Behen album vulgo. B. Folia oppoſita, ovato-lanceolata, amplexicaulia. Calyces turgidi, ſubpurpurei, venis copioſis reticulati. Petalorum laminae apice bifidae, &, ubi unguibus cohaerent, duobus auriculis auctae. Flores albi; in montibus paſſim & ad margines agrorum, Julio.

## 141. SILENE.

*Cal.* clavatus, quinquedentatus. *Cor.* petala quinque, unguibus longitudine calycis, limbo obtuſo emarginato; ſquama bifida in fauce cujusvis petali. *Stam.* ſubulata, alterna ſeriora; antherae oblongae. *Piſt.* germen cylindraceum, ſtyli longi, ſimplices. *Pericarp.* capſula cylindrica, trilocularis. *Sem.* plura, reniformia.

† 1. *Silene petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, caule recurvato. L.* Lychnis montana viſcoſa alba latifolia. B. Planta hirſuta; folia longa ad baſin anguſta, apice obtuſiore; calyces purpurei, ſtriati; flores albi, verſus unum latus ſpectantes; im Herbergiſchen Walde & alibi, Junio.

2. *Silene calycibus fructus globoſis acuminatis, ſtriis triginta, foliis glabris. L.* Lychnis ſylveſtris latifolia, calycibus turgidis ſtriatis. B. Flores rubri. Oelhafius reperit bey der Oliwa, Julio.

Silene a Cucubalo vix differt, niſi ſquamulis in fauce corollae.

142. STEL-

Trigynia.

## 142. STELLARIA.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis acutis, concavis, patentibus. *Cor.* petala quinque bipartita, oblonga, plana. *Stam.* filiformia, alterna breviora, antherae ſubrotundae. *Piſt.* ſtyli capillares, ſtigmata obtuſa. *Peric.* capſula ovata, unilocularis, ſexvalvis. *Sem.* plurima.

1. *Stellaria foliis cordatis petiolatis, pedunculis ramoſis. L.* Alſine altiſſima nemorum. B. Folia oppoſita, brevibus petiolis; flores albi, ſolitarii, longis pedunculis ex alis foliorum; in ſylvis, & im heiligen Brunnen, Junio.

2. *Stellaria foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. L.* Caryophyllus arvenſis glaber, flore majore. B. Gramen floridum. Tabern. Blumengras. Folia oppoſita vix ſerrulata; flores albi in ſummitate caulis, pedunculis longis; im Herbergiſchen Walde, Majo.

3. *Stellaria foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. L.* Caryophyllus arvenſis glaber, flore minore. B. Folia oppoſita, longa, ſeſſilia, uti in praecedente; in minoribus interdum brevia, tenuia; flores albi; im Jaſchkenthal, & aliis ſylvis, Majo.

## 143. ARENARIA.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis oblongis, patentibus. *Cor.* petala quinque ovata. *Stam.* ſubulata, alterna interiora, antherae ſubrotundae. *Piſt.* germen ovatum, ſtyli reflexi, ſtigmata craſſiuſcula. *Pericarp.* capſula ovata, unilocularis. *Sem.* plurima, reniformia.

† 1. *Arenaria foliis ovatis acutis carnoſis. L.* Alſine littoralis foliis portulacae. B. Alſine marina foliis

*Trigynia.*

portulacae. Loeſel. Planta radicibus late terram perreptans, ex qua multi ſurgunt caules humiles, foliis decuſſatis veſtiti, ut, ſi planta deſuper inſpiciatur, tetragona appareat, quia apices foliorum quadrifariam vergunt. Flores in ſummo caulis albi, ſatis magni, quidam etiam laterales; in littore maris, Auguſt.

† 2. *Arenaria foliis ovatis acutis petiolatis nervoſis. L.* Alſine plantaginis folio B. Planta humilis, foliis tribus venis diſtincta, flores albi; im Herbergiſchen Walde, Junio.

† 3. *Arenaria foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus. L.* Alſine minor multicaulis. B. Folia oppoſita, minuta, erecta, aequalibus ſpatiis per caulem diſtributa, in ſummo flores aliquot albi pedunculati; in montibus vor dem Oliwiſchen Thor, Majo.

*Pentagynia.*

## *D. Pentagynia.*

Sedum. Oxalis. Agroſtemma. Lychnis. Ceraſtium. Spergula.

### 144. SEDUM.

*Cal.* quinquepartitus, acutus. *Cor.* petala quinque lanceolata, patentia. *Stam.* ſubulata, antheris ſubrotundis. *Piſt.* germina quinque oblonga, deſinentia in ſtylos, ſtigmata obtuſa. *Pericarp.* capſulae quinque acuminatae, compreſſae. *Sem.* plurima, minima.

1. *Sedum foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. L.* Telephium vulgare. B. Caules erecti; folia ovata, ſeſſilia, alterna, ſucculenta; ex apice caulis flores corymboſi, ex viridi albicantes; in montibus bey der Ohra, Jun. Jul.

2. *Sedum*

2. *Sedum foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cyma trifida. L.* Semper vivum minus vermiculatum acre. B. Folia carnoſa, parva, flores lutei majores; paſſim in montibus, Junio.

3. *Sedum foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis ſexfariam imbricatis. L.* Semper vivum minus vermiculatum inſipidum. B. copioſius praecedente, cui ſimillimum, praeter foliorum diſpoſitionem, in montibus vor dem Oliwiſchen Thor, Junio. Oelhafius aliam ſpeciem, ſc. Sedum minus luteum folio acuto. B. indicavit, ſed forte hanc & praecedentem intellexit, uti ex ſubdiviſione in acre & inſipidum adparet.

## 145. OXALIS.

*Cal.* quinquepartitus, acutus, parvus. *Cor.* petala quinque obtuſa, emarginata, unguibus cohaerentia. *Stam.* capillaria, exteriora breviora, antherae ſulcatae. *Piſt.* germen quinquangulare, ſtyli filiformes, ſtigmata obtuſa. *Pericarp.* capſula pentagona, quinquelocularis. *Sem.* ſubrotunda.

1. *Oxalis ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice ſquamoſo-articulata. L.* Trifolium acetoſum vulgare. B. Acetoſella vulgaris & officinarum. Rupp Sauerklee. Ex radice plures longi petioli; ſingulis folium ternatum, cordiforme, piloſum adnatum; inter hos pedunculi longiores, pariter unico flore albo, venis purpureis picto, terminati; im Herbergiſchen Walde, im heiligen Brunnen, & in aliis ſylvis, Majo.

## 146. AGROSTEMMA.

*Cal.* tubulatus, limbo quinquefido, laciniis longis, acutis. *Cor.* petala quinque, unguibus

*Pentagynia.*

longitudine tubi calycis, limbo obtuſo. *Stam.* ſubulata, alterna ſeriora, antherae ſimplices. *Piſt.* germen ovatum, ſtyli filiformes, ſtigmata ſimplicia. *Pericarp.* capſula ovata, unilocularis, quinquevalvis. *Sem.* plurima, reniformia.

1. *Agroſtemma hirſuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. L.* Lychnis ſegetum major. B. Raden. Folia oppoſita, lineari-lanceolata, hirſuta; caules alti, erecti; calycis laciniae corolla longiores, flores rubri, inter ſegetes, Julio.

## 147. LYCHNIS.

*Cal.* ſubrotundus, inflatus, quinquedentatus. *Cor.* petala quinque, ungues longitudine calycis, limbus planus. *Stam.* calyce longiora, alterna ſeriora, antherae incumbentes. *Piſt.* germen ovatum, ſtyli ſubulati, ſtigmata reflexa, pubeſcentia. *Peric.* capſula ovata, unilocularis, quinquevalvis. *Sem.* plura.

1. *Lychnis petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo. L.* Caryophyllus pratenſis flore laciniato ſimplici, ſeu Flos cuculi. B. Folia oppoſita, oblonga, flores rubri, limbus cujusvis petali in quatuor lacinias tenues ſectus; in pratis, Junio.

2. *Lychnis petalis integris. L.* Lychnis ſylveſtris viſcoſa rubra anguſtifolia. B. Theernelken. Folia fere graminea, caules ſub quovis geniculo nigricantes viſcoſi; im Herbergiſchen Walde, & in pratis, Junio.

3. *Lychnis floribus dioicis. L.* Lychnis ſylveſtris alba ſimplex. B. Folia oppoſita, villoſa, ovato-oblonga, calyces rubri, flores albi, maſculini & feminini in diſtincta planta, quare ad dioecia pertineret, niſi Lychnidis notae eam hic collocarent; variis locis, in

in montibus, agris, ſylvis, Majo, & ſeq. menſibus.

## 148. CERASTIUM.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis lanceolatis, patentibus. *Cor.* petala quinque bifida, obtuſa. *Stam.* alterna breviora, antherae ſubrotundae. *Piſt.* germen ovatum, ſtyli capillares, ſtigmata obtuſa. *Peric.* capſula obtuſa, unilocularis. *Sem.* plura.

† 1. *Ceraſtium erectum villoſo-viſcoſum. L.* Alſine hirſuta altera viſcoſa. B. Folia oppoſita, ſeſſilia, ovata, acuta; caules hirſuti, viſcoſi; flores albi, ſolitarii; corolla calyci aequalis; in fruticetis, hinter dem grünen Hofe, bey Brentau, Auguſt.

† 2. *Ceraſtium floribus pentandris, petalis emarginatis. L.* Alſine hirſuta minor. B. Planta humilis, foliis oppoſitis, ovatis; flores albi, corolla calyce brevior; ſtamina decem quidem adſunt, ſed quinque tantum antheris inſtructa; ad viam, bey Emaus, Majo.

† 3. *Ceraſtium foliis lineari-lanceolatis, obtuſis, glabris, corollis calyce majoribus. L.* Caryophyllus arvenſis hirſutus, flore majore. B. Folia non perfecte glabra, ſed parum hirſuta; ex alis foliorum ramuli ſurgunt, foliis anguſtis linearibus acutis veſtiti; caules hirſuti, verſus apicem ſquamulis donati, inde in paucos pedunculos diviſi, quibus flores ſolitarii, albi, majores inſident. Calycis foliola in hac & praecedente ſpecie viridia, marginibus albis ſplendentibus; vor dem Oliwiſchen Thor copioſe, Majo.

† 4. *Ceraſtium foliis cordatis ſeſſilibus, floribus ſolitariis, fructibus pendulis. L.* Alſine aquatica major. B. Folia inferiora fere ovata, magna, ſuperiora anguſtiora, acutiora; caules hirſuti; flores albi; pericarpia ſeu capſulae ſeminales rotundae, cum in

praece-

*Pentagynia.*

praecedentibus sint ovatae; am Kupferdamm, & alibi ad fossas, Julio.

## 149. SPERGULA.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis ovatis, obtusis, concavis. *Cor.* petala quinque ovata, concava. *Stam.* subulata, antherae rotundae. *Pist.* styli erecto-reflexi, stigmata crassiuscula. *Peric.* capsula ovata, unilocularis, quinquevalvis. *Sem.* plurima, margine cincta.

† 1. *Spergula foliis verticillatis, floribus decandris. L.* Alsine Spergula dicta major. B. Folia filiformia, caules ramosi in plures pedunculos divisi, floribus albis majusculis terminatos; in pratis hinter Neuschottland, August.

† 2. *Spergula foliis oppositis subulatis laevibus, caulibus simplicibus. L.* Alsine nodosa germanica. B. Polygonum foliis germineis alterum. Loesel. Planta pusilla, folia inferiora graminea, angusta, longiora; caulina voro minutissima, brevissima; flosculi in apice caulium solitarii, nivei; in capis humidis auf der Saspe, August.

Clas-

# Classis XI.

## *DODECANDRIA.*

Staminibus ab undecim usque ad novendecim, quae subdividuntur in Monogynia, Digynia, Trigynia, & Polygynia.

### *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

Asarum. Lythrum.

### 150. ASARUM.

*Cal.* campanulatus, semitrifidus, coloratus. *Cor.* nulla. *Stam.* duodecim subulata, antherae filamentorum parieti adnatae. *Pist.* stylus cylindraceus, stigma sexpartitum reflexum. *Peric.* capsula sexlocularis. *Sem.* ovata.

1. *Asarum foliis reniformibus obtusis binis. L.* Asarum. B. Haselwurz. Calyces purpurei brevibus pedunculis fulti, folia longioribus petiolis insident. Oelhafius in sylvis sub corylis invenit, Majo.

### 151. LYTHRUM.

*Cal.* cylindraceus, striatus, denticulis duodecim, alternis minoribus. *Cor.* petala sex oblonga, obtusa, patentia, incisuris calycis inserta. *Stam.* duodecim, superiora breviora, antherae simplices. *Pist.* stylus subulatus, declinatus, stigma orbiculatum. *Peric.* capsula oblonga, bilocularis. *Sem.* numerosa, parva.

1. *Ly-*

*Monogynia.*

1. *Lythrum foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. L.* Lysimachia spicata purpurea. B. Flores in longam spicam rubram, speciosam congesti; im heiligen Brunnen, im Jaschkenthal, & alibi ad aquas, Julio.

*Digynia.*

## B. *Digynia.*

### 152. AGRIMONIA.

*Cal.* duplex, interior quinquefidus, parvus, germini insidens, exterior duobus foliis mucronatis. *Cor.* petala quinque, emarginata, unguibus angustis. *Stam.* plurima, capillaria, antherae didymae. *Pist.* germen infra receptaculum, styli simplices, stigmata obtusa. *Peric.* fructus echinatus, bilocularis. *Sem.* bina, subrotunda.

1. *Agrimonia foliis caulinis pinnatis, fructibus hispidis. L.* Eupatorium veterum, sive Agrimonia. B. Odermennig. Folia pinnata, foliolis ovatis, profunde denticulatis, inter quae foliola alia parva costae mediae hirsutae adhaerent. Flores lutei alte spicati; hinter dem Grünen Hofe, & alibi in siccis arenosis, Julio.

*Trigynia.*

## C. *Trigynia.*

Reseda. Euphorbia.

### 153. RESEDA.

*Cal.* quadrifidus, vel sexfidus, laciniis angustis. *Cor.* tetrapetala, anomala; petalis nonnullis trifidis, in supremo nectarium. *Stam.* plurima, antherae erectae, oblongae. *Pist.* germen gibbum in stylos desinens breviſſimos. *Peric.* capsula gibba,

gibba, angulata, tricuspidata, unilocularis. *Sem.* plurima, reniformia. *Trigynia.*

† 1, *Reseda foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis. L.* Luteola herba salicis folio. B. Caules longi, floribus numerosis luteis dense spicati; bey Ziegenort, Julio.

2. *Reseda foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis. L.* Reseda vulgaris. B. Flores lutei. Oelhafius reperit ad Vistulam & Rhodanum, Julio.

## 154. EUPHORBIA.

*Cal.* ventricosus, rugosus, coloratus, ore quadri-vel quinquedentato. *Cor.* petala quatuor aut quinque, gibba, truncata, crassa. *Stam.* plura, filiformia, antherae didymae, *Pist.* germen triquetrum, pedicellatum, styli bifidi, stigmata obtusa. *Peric.* capsula subrotunda, trilocularis, stylo elongato pendens. *Sem.* solitaria subrotunda.

† 1. *Euphorbia umbella trifida, dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis, obovatis, petiolatis. L.* Peplus seu Esula rotunda. B. Runde Wolfsmilch. Flores parvi, lutei; inter olera & in hortis per totam aestatem sponte crescit.

2. *Euphorbia umbella quinquefida, trifida, dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis. L.* Tithymalus helioscopius. B. Folia e basi angusta in figuram fere rotundam abeunte. Involucra magna; flores lutei; passim inter olera, segetes & in campis, Julio.

† 3. *Euphorbia umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, petalis subbicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformibus. L.* an Tithymalus amygdaloides angustifolius. B? Folia lanceolato-linearia, alterna, longa, patula; ex alis foliorum pedunculi umbellis

*Trigynia.*

lis lateralibus dichotomis; ad umbellam universalem folia quina ovato-acuta; flores lutei, petala bicornia, lunata; zwischen Langefuhr und Neuschottland, Majo.

† 4. *Euphorbia umbella multifida dichotoma, involucellis perfoliatis orbiculatis, foliis obtusis. L.* Tithymalus characias amygdaloides. B. Folia lanceolata. Flores lutei. im Ohrischen Niederfeld, Junio.

*Polygynia.*

## *D. Polygynia.*

### 155. SEMPERVIVUM.

*Cal.* duodecimpartitus, concavus, acutus. *Cor.* petala duodecim, lanceolata, concava, acuta. *Stam.* subulata, antherae subrotundae. *Pist.* germina duodecim in stylos desinentia, stigmata acuta. *Peric.* capsulae duodecim compressae, breves. *Sem.* plura, parva.

1. *Sempervivum foliis ciliatis, propaginibus patentibus. L.* Sedum majus vulgare. B. Hauslauch vel potius Hauslaub. Dubium, an revera sit indigena, licet in tectis tuguriorum crescat; floret Julio.

# Classis XII.

## *ICOSANDRIA.*

Staminibus viginti & pluribus, ergo a Polyandria sequente non differt, nisi calyce semper monophyllo, petalis & staminibus parieti interno calycis insertis. Subdividitur in Monogynia, Digynia, Trigynia, Pentagynia, & Polygynia.

### *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

### 156. PRUNUS.

*Cal.* quinquefidus, laciniis concavis, obtusis. *Cor.* petala quinque subrotunda, concava, patentia. *Stam.* plurima, subulata, antheris didymis. *Pist.* stylus filiformis, stigma orbiculatum. *Pericarp.* drupa subrotunda. *Sem.* nux compressa.

† 1. *Prunus floribus racemosis, foliis deciduis basi subtus biglandulosis. L.* Cerasus racemosa sylvestris, fructu non eduli. B. Flores cerasis hortensibus fere similes, nisi quod ex longis pendent racemis, & odorati sunt, qui odor non omnibus acceptus, & in cubiculo clauso gravis. Fructus plerumque nigri, aut rubri; in sylvis remotioribus, unde flores Majo urbem adportantur.

2. *Prunus spinosa, foliis lanceolatis. L.* Prunus sylvestris. B. Schleedorn. Arbor nota; im Herbergischen Walde, im heiligen Brunnen, & alibi in dumetis, Majo.

Digynia.

## B. Digynia.

### 157. CRATAEGUS.

*Cal.* quinquedentatus, concavus, patens. *Cor.* petala quinque ſubrotunda, concava. *Stam.* viginti, ſubulata, antherae ſubrotundae. *Piſt.* germen infra receptaculum, ſtyli filiformes, ſtigmata capitata. *Pericarp.* bacca carnoſa, ſubrotunda, umbilicata. *Sem.* bina, oblonga.

1. *Crataegus foliis obtuſis bitrifidis ſerratis. L.* Mespilus apii folio ſylveſtris ſpinoſa, ſive Oxyacantha. B. Hagedorn. Flores albi, antherae purpureae, baccae rubrae Mehlbeeren vocantur; in ſylvis & dumetis, Junio.
2. *Crataegus foliis cordatis ſeptangulis, lobis infimis divaricatis. L.* Mespilus apii folio ſylveſtris non ſpinoſa, ſive Sorbus torminalis. B. Elzbeeren. Oelhafius in fruticetis bey Pitzkerdorf reperit, floret Junio; hodie vix ibi videbitur.

Trigynia.

## C. Trigynia.

### 158. SORBUS.

Calyx, Corolla, Stamina, Piſtilla, Fructus & Semina in omnibus fere cum Crataego conveniunt, niſi quod Sorbus ſtylos tres, & totidem ſemina continet.

1. *Sorbus foliis pinnatis utrinque glabris. L.* Sorbus ſylveſtris foliis domeſticae ſimilis. B. Quitſchen. Arbor nota, in ſylvis paſſim, Majo, Junio.

Pentagynia.

## D. Pentagynia.

### 159. SPIREA.

*Cal.* ſemiquinquefidus, laciniis acutis. *Cor.* petala quinque ſubrotunda. *Stam.* plurima, antheris

theris ſubrotundis. *Piſt.* ſtyli quinque aut plures, ſtigmata capitata. *Peric.* capſulae oblongae, acuminatae, bivalves. *Sem.* pauca, parva. *Pentagynia.*

1. *Spiraea foliis pinnatis, impari majore lobato, floribus cymoſis. L.* Barba caprae floribus compactis. B. Geisbart. Folia a parte averſa alba, inter foliola majora quaedam minora petiolis adnata; caules rubri, erecti; flores albi, copioſi, cymoſi; ad foſſas, via qua itur von der Weichſel nach der Saspe, in ſylva horti Groddeckiani in der Ohra, Jul. Aug.

† 2. *Spiraea foliis pinnatis, foliolis uniformibus ſerratis, caule herbaceo, floribus cymoſis. L.* Filipendula vulgaris. B. Planta praecedenti fere ſimilis, ſed minor; folia ab averſa parte viridiora; petiolis rubris foliola minuta denticulata inter majora adhaerent; im Jaſchkenthal in loco uliginoſo, Julio.

## *E. Polygynia.* *Polygynia.*

Roſa. Rubus. Fragaria. Potentilla. Geum. Comarum.

### 160. ROSA.

*Cal.* globoſus, quinque laciniis longis appendiculatis. *Cor.* petala quinque obcordata. *Stam.* plurima, brevia, antherae trigonae. *Piſt.* germina numeroſa, totidem ſtylis villoſis breviſſimis, ſtigmatibus obtuſis. *Pericarp.* calycis baſis colorata, collo coarctata, unilocularis. *Sem.* numeroſa, hirta.

1. *Roſa caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus ſemi pinnatis. L.* Roſa ſylveſtris vulgaris, flore odorato incarnato. B. wilde Roſen. Flores interdum fere albi, plerumque pallide rubri. Fructus rubri Hanbutten vocantur; in montibus inter fruticeta paſſim, Junio.

*Polygynia.*

## 161. RUBUS.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis oblongis, patentibus. *Cor.* petala quinque ſubrotunda. *Stam.* numeroſa, antheris compreſſis. *Piſt.* germina numeroſa, ſtyli parvi, e latere germinis, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* bacca compoſita acinis ſubrotundis, unilocularibus, in capitulum collectis, *Sem.* ſolitaria.

1. *Rubus foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. L.* Rubus idaeus ſpinoſus. B. Himbeeren. in ſylvis remotioribus, floret Majo, matureſcit Julio. Hujus Varietas: Rubus idaeus levis. B. Bocksbeeren. ab Oelhafio bey Pitzkerdorf repertus.

2. *Rubus foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. L.* Rubus vulgaris ſive Rubus fructu nigro. B. Brombeeren. in ſylvis & dumetis, in collibus hinter dem grünen Hoſe copioſe, floret Junio, fructus Auguſto maturi.

† 3. *Rubus foliis ternatis nudis, caule aculeato. L.* Rubus repens fructu caeſio. B. in montibus cis Pitzkerdorf, Jaſchkenthal & heiligen Brunnen ſitis; caules late agros & inculta perreptant, fructus Septemb. maturi.

## 162. FRAGARIA.

*Cal.* ſemidecemfidus, laciniis alternis anguſtioribus. *Cor.* petala quinque ſubrotunda. *Stam.* viginti ſubulata, antherae lunulares. *Piſt.* germina numeroſa in capitulum collecta, ſtyli ſimplices e latere germinis, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* nullum. Receptaculum ovatum, pulpoſum, coloratum, deciduum. *Sem.* numeroſa, minima, per ſuperficiem receptaculi ſparſa, non decidua.

1. *Fra-*

1. *Fragaria flagellis reptans. L.* Fragaria vulgaris. B. Erdbeeren. in ſylvis vicinis, & in montibus vor dem Oliwiſchen Thor, Majo flores, Junio fructus fert. *Polygynia.*

## 163. POTENTILLA.

*Cal.* ſemidecemfidus, laciniis alternis minoribus, reflexis. *Cor.* petala quinque ſubrotunda. *Stam.* viginti ſubulata, antherae lunulatae. *Piſt.* germina, numeroſa, minima, in capitulum collecta, ſtyli filiformes, lateri germinis inſerti, ſtigmata obtuſa. *Pericarp.* nullum. Receptaculum ſubrotundum, minimum, ſeminibus tectum. *Sem.* numeroſa, acuminata.

1. *Potentilla foliis pinnatis ſerratis, caule repente. L.* Potentilla. B. Anſerina. Tabern. Gänſerich. Planta humilis, repens. Folia ſubtus alba, foliola ſerrata ſive profunde denticulata, inter majora quaedam minima petiolo adhaerent; ad vias & ſemitas, in campis, Junio, & ſequ. menſibus.

† 2. *Potentilla foliis pinnatis, caule dichotomo decumbente. L.* Quinquefolio fragifero affinis. B. Folia viridia, foliola dentata; flores parvi, petalis diſtantibus; planta late diffunditur, & in hortis oleraceis ſponte creſcit, Julio.

3. *Potentilla foliis quinatis cuneiformibus inciſis, ſubtus tomentoſis, caule erecto. B.* Quinquefolium folio argenteo. B. Fünffingerkraut. Folia incana, ſubtus argentea; pedunculi albi tomentoſi; flores majores praecedente ſpecie; in montibus, ad agrorum margines, Junio.

4. *Potentilla foliis radicalibus quinatis acute ſerratis, caulinis ternatis, caule declinato. L.* Quinquefolium minus repens luteum. B. Folia ſubtus albida, tomentoſa, flores lutei, ſicut & priorum ſpecierum.

*Polygynia.*

Planta humilis; in montibus incultis vor dem Oliwiſchen Thor, & ad viam nach Langefuhr, copioſe floret, Aprili.

## 164. TORMENTILLA.

*Cal.* ſemioctofidus. *Cor.* petala quatuor. *Stam.* ſedecim. *Piſt.* germina octo. *Sem.* octo. Reliqua cum Potentilla conveniunt.

1. *Tormentilla caule erecto. L.* Tormentilla ſylveſtris. B. Tormentill. Folia quinata ſeu in quinque lobos oblongos denticulatos diviſa, lobis inferioribus minoribus; caulis pedunculos longos emittit, quibus flores lutei ſolitarii inſident; im Jaſchkenthal, Junio.

## 165. GEUM.

*Cal.* ſemidecemfidus, laciniis alternis minimis. *Cor.* petala quinque rotundata, unguibus anguſtis. *Stam.* numeroſa, ſubulata, antherae obtuſae. *Piſt.* germina numeroſa, in capitulum collecta, ſtyli longi, piloſi, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* nullum. Receptaculum oblongum, hirſutum. *Sem.* numeroſa, hispida, ſtylo longo geniculato inſtructa.

1. *Geum floribus erectis, fructu globoſo, ariſtis uncinatis nudis, foliis lyratis. L.* Caryophyllata vulgaris. B. Foliorum laciniae dentatae; flores lutei Potentillae fere ſimiles. Styli in ſeminibus perſiſtentes, & apice inflexi ſeu uncinati fructum reddunt hispidum; im Herbergiſchen Wald, Junio.

2. *Geum floribus nutantibus, fructu oblongo, ariſtis plumoſis. L.* Caryophyllata aquatica; nutante flore. B. Folia radicalia lyrata, laciniis lateralibus parvis, rotundis, denticulatis, ſuprema maxima; caulina quinata aut ternata fere; flores praecedentibus multo

multo majores pallidi aut rutili, ſtyli ſeminum villoſi, medio inflexi; vor dem Oliwiſchen Thor ad foſſas verſus Viſtulam, Junio. Hujus Varietatem, ſed in montanis natam, Jac. Breynius obſervavit, foliis heredae terreſtris, flore pleno & prolifero ſanguineo, ſeu cinnabaris fulgore ardentiſſimo.

## 166. COMARUM.

*Cal.* ſemidecemfidus, magnus, coloratus, laciniis alternis minoribus. *Cor.* petala quinque oblonga, acuminata, calyce minora. *Stam.* viginti ſubulata, antherae lunulares. *Piſt.* germina numeroſa, minima, in capitulum collecta, ſtyli breves e latere germinis, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* nullum. Receptaculum carnoſum, maximum. *Sem.* numeroſa, acuminata, receptaculum tegentia.

1. *Comarum paluſtre. L.* Quinquefolium paluſtre rubrum. B. Folia pinnata, foliolis oblongis ſerratis. Flores majores, ſpecioſi, calyces cum petalis intenſe purpurei; bey der Sasper See, Junio.

# Classis XIII.

## *POLYANDRIA.*

Staminibus numerosis, quae vel Monogynia, vel Trigynia, vel Pentagynia, vel Hexagynia, vel Polygynia.

*Monogynia.*

### *A. Monogynia.*

Actaea. Chelidonium. Papaver. Nymphaea. Tilia.

#### 167. ACTAEA.

*Cal.* tetraphyllus, foliolis obtusis, concavis, caducis. *Cor.* petala quatuor acuminata, caduca. *Stam.* capillaria, superne latiora, antherae erectae, didymae. *Pist.* germen ovatum, stylus nullus, stigma crassiusculum. *Pericarp.* bacca globosa, ovalis, unilocularis, sulcata. *Sem.* plurima, semicircularia.

1. *Actaea racemo ovato, fructibusque baccatis. L.* Aconitum racemosum. B. Christophoriana. Tabern. Folia plerumque biternata, foliolis lobatis. Flores albidi, parvi, petalis crenatis, calyce colorato; bacca nigra. Calyx & petala fugacissima post explicationem mox defluunt, stamina diutius persistunt, hinc saepe sola deprehenduntur; in sylva horti Groddeckiani in der Ohra, Junio.

#### 168. CHELIDONIUM.

*Cal.* diphyllus, foliolis ovatis, concavis, deciduis, *Cor.* petala quatuor subrotunda, patentia. *Stam.*

*Stam.* plana, ſuperne latiora, antherae didymae. *Piſt.* germen cylindraceum, longum, ſtylus nullus, ſtigma bifidum. *Peric.* ſiliqua unilocularis, bivalvis. *Sem.* plurima, ovata, nitida. *Monogynia.*

1. *Chelidonium pedunculis umbellatis.. L* Chelidonium majus vulgare. B. Schwalbenkraut. Folia pinnata, foliolis lyratis, laeſa ſuccum fundunt croceum. Flores lutei; paſſim ad ſepes, auf dem Wall, Majo.

## 169. PAPAVER.

*Cal.* diphyllus, foliolis ovatis, concavis, caducis. *Cor.* petala quatuor plana, magna, patentia. *Stam.* capillaria, brevia, antherae compreſſae, obtuſae. *Piſt.* germen magnum, ſtylus nullus, ſtigma peltatum, planum, radiatum. *Peric.* capſula unilocularis, coronata ſtigmate. *Sem.* numeroſa, minima.

1. *Papaver capſulis glabris globoſis, caule piloſo multifloro, foliis pinnatifidis inciſis. L.* Papaver erraticum majus & minus. B. wilder Mohn. Flores rubri; inter ſegetes, Junio.

† 2. *Papaver capſulis clavatis hispidis, caule folioſo multifloro. L.* Argemone capitulo longiore. B. Folia pinnata, pinnis linearibus dentatis. Flores minores, pallide rubri; pericarpium oblongum, baſi anguſtius. Rarius occurrit, inter ſegetes, & ad ſepes bey Pitzkerdorf, Junio.

## 170. NYMPHAEA.

*Cal.* pentaphyllus, vel tetraphyllus, magnus, coloratus. *Cor.* petala numeroſa, calyce minora, ſerie plusquam ſimplici. *Stam.* brevia, plana, incurva, antherae oblongae, margini filamento-

*Monogynia.*

rum adnatae. *Pist.* germen ovatum, stylus nullus, stigma orbiculatum, planum, crenatum. *Peric.* bacca ovata, carnosa, multilocularis, apice coronata. *Sem.* plurima, subrotunda.

1. *Nymphaea calyce magno pentaphyllo. L.* Nymphaea lutea major. B. Mümmeln. Folia magna aquis innatant, flores prominent; in fossis majoribus & aquis stagnantibus, Junio. Hujus Varietas: Nymphaea lutea minor parvo flore. B. quam Oelhafius bey Ziegenhof vidit, Julio.

2. *Nymphaea foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. L.* Nymphaea alba major. B. Seeblumen, in aquis, Junio, Julio.

## 171. TILIA.

*Cal.* quinquepartitus, concavus, coloratus, *Cor.* petala quinque oblonga. *Stam.* subulata, antherae simplices. *Pist.* stylus filiformis, stigma obtusum. *Peric.* capsula globosa, quinquelocularis, quinquevalvis. *Sem.* solitaria.

1. *Tilia floribus nectario destitutis. L.* Tilia femina folio majore. B. Linde. passim in sylvis, Julio.

Huc referendus esset Cistus suffruticosus procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis. L. Chamaecistus vulgaris, flore luteo. B. Helianthemum. Lobel. Planta, quam in Prussia crescere, testatur Loeselius, & olim apud nos repertam esse ad viam, am Ninkauischen Berge, inveni notatum ad figuram Lobelii, sed quia eam hactenus non vidi, hinc tantum meminisse sufficiat.

## B. *Trigynia.*

Delphinium. Aconitum.

172. DE-

## 172. DELPHINIUM.

*Trigynia.*

*Cal.* nullus. *Cor.* petala quinque inaequalia, quorum ſupremum poſtice in cornu extenditur. Nectarium bifidum, intra orbem petalorum poſitum. *Stam.* minima, inclinata, antherae erectae. *Piſt.* germina tria, vel unum, in ſtylos deſinentia, ſtigmata reflexa. *Peric.* capſulae totidem ſubulatae, univalves. *Sem.* plura, angulata.

1. *Delphinium nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo. L.* Conſolida regalis arvenſis. B. Ritterſporn. Flores coerulei. Huic ſpeciei germen, ſtylus & capſula ſeminalis modo unica, quare inter monogynia referenda eſſet, niſi aliae ſpecies tricapſulares hunc locum poſcerent; inter ſegetes, Junio, Julio.

## 173. ACONITUM.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala quinque inaequalia, quorum ſupremum galeatum, & duo nectaria figurae ſingularis ſub eo recondita, quae pedunculis longis inſident. *Stam.* minima, inclinata, antherae erectae. *Piſt.* germina oblonga, in ſtylos deſinentia, ſtigmata reflexa. *Perica.* capſulae ovato-ſubulatae, univalves. *Sem.* plura angulata.

1. *Aconitum foliorum laciniis lincaribus ſuperne latioribus, linea exaratis. L.* Aconitum coeruleum ſeu Napellus primus. B. Eiſenhütlein. Oelhafius im Herbergiſchen Walde reperit Julio. Hodie vix niſi in hortis videtur.

## C. *Pentagynia.*

*Pentagynia.*

## 174. AQUILEGIA.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala quinque lanceolato-ovata, plana; nectaria quinque corniculata, cum petalis

*Pentagynia.* petalis alterna. *Stam.* ſubulata, antherae oblongae erectae. *Piſt.* germina oblonga in ſtylos deſinentia, ſtigmata erecta, ſimplicia. *Peric.* capſulae quinque cylindraceae, acuminatae, univalves. *Sem.* plurima, ovata.

† 1. *Aquilegia nectariis incurvis. L.* Aquilegia ſylveſtris. B. Ackeley. Flos in hortis vulgaris; ſylveſtrem ſpeciem floribus coeruleis reperi im Wald hinter Brentau, Majo.

*Hexagynia.*

## D. *Hexagynia.*

### 175. STRATIOTES.

*Cal.* Spatha dyphylla, uniflora, compreſſa, carinata. Perianthium monophyllum, trifidum, deciduum, *Cor.* petala tria, obcordata. *Stam.* receptaculo inſerta, antherae ſimplices. *Piſt.* germen infra receptaculum perianthii, ſtyli bipartiti, ſtigmatà ſimplicia. *Peric.* bacca ovalis, ſexlocularis, utrinque attenuata. *Sem.* plurima, incurva, fere alata.

1. *Stratiotes foliis enſiformi-triangulis ciliato-aculeatis. L.* Aloë paluſtris B. Folia erecta, flores majusculi albeſcentes; in aquis ſtagnantibus & foſſis majoribus, bey Ziegenort & alibi, Julio.

*Polygynia.*

## E. *Polygynia.*

Anemone. Thalictrum. Ranunculus. Trollius. Caltha.

### 176. ANEMONE.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala duorum triumve ordinum, in ſingula ſerie tria, oblonga. *Stam.* capillaria,

laria, antherae didymae. *Pist.* germina numerosa in capitulum collecta, styli acuminati, stigmata obtusa. *Pericarp.* nullum. Receptaculum globosum, sive oblongum. *Sem.* plurima, acuminata, stylum retinentia. *Polygynia.*

1. *Anemone foliis trilobis integerrimis. L.* Trifolium hepaticum flore simplici. B. Leberblumen. Haec species calyce triphyllo instructa, sed quia vix satis a corolla remotus, & reliquae eo earent in charactere generali non attenditur. Flores coerulei, petalis sex duplici ordine positis; in sylvis, Mart. April.

† 2. *Anemone pedunculo involucrato, foliis digitatis multifidis. L.* Pulsatilla folio anemones secundae sive subrotundo. B. Pulsatilla polyanthos violacea, anemones folio. J. Breyn. Cent. Folia inferne & per marginem lanuginosa, in lacinias tres latas, & hae in alias tri- vel bifidas, divisa. Loco calycis involucrum foliaceum, multifidum, villosum, a flore remotum. Caulis & flores hirsuti. Breynius circa Gedanum detexit.

† 3. *Anemone pedunculo involucrato, foliis pinnatis, flore erecto. L.* Pulsatilla apii folio, vernalis, flore majore. B. Folia pinnata, foliolis lobatis. Flos subpurpurascens, petalis sex. Involucrum priori simile, flori adproximatum. Planta hirsuta; in sylvis remotioribus, unde eam accepi, Aprili.

4. *Anemone pedunculo involucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. L.* Pulsatilla folio crassiore & majore flore. B. Flos ex coeruleo purpureus. Oelhafius observavit hinter Kalibke, Aprili.

† 5. *Anemone involucro nullo.* Pulsatilla flore obsoleto, caule nudo. Breyn. Cent. Folia tenuiter secta & laciniata. Flos magnus e colossino obsoletus, petalis octo. Breynius reperit, Majo. Pulsatillarum semina veluti lanata.

6. *Ane-*

Polygynia.

6. *Anemone seminibus acutis, foliolis incisis, caule uniflo-ro. L.* Anemone nemorosa, flore majore. B. Flos primum candidus, postea levi purpura tingitur; in sylvis Aprili & Majo.

7. *Anemone seminibus acutis, foliolis incisis, petalis subrotundis, caule subbifloro. L.* Ranunculus nemorosus luteus. B. praecedenti fere similis, excepto colore, & caulibus bifloris. Ambarum flores, dum explicantur, erecti, alias nutantes; im Herbergischen Walde copiose floret Aprili & Majo, cum praecedente & specie prima permixta, ubi flores coerulei, albi & lutei gratum praebent adspectum.

## 177. THALICTRUM,

*Cal.* nullus. *Cor.* petala quatuor subrotunda, obtusa, concava, caduca. *Stam.* superne latiora, antherae oblongae, didymae. *Pist.* germina plurima, subrotunda, styli brevissimi, stigmata crassiuscula. *Peric.* cortex sulcatus, carinatus, unilocularis. *Sem.* solitaria, oblonga.

1. *Thalictrum caule folioso sulcato, panicula multiplici erecta. L.* Thalictrum majus siliqua angulosa aut striata. B. Wiesenraute. Folia pinnata, flores luteo-virides. Oelhafius vidit Jul. & Aug.

2. *Thalictrum foliis sexpartitis, floribus cernuis. L.* Thalictrum minus. B. Flores pallide lutei. Oelhafius pariter observavit.

## 178. RANUNCULUS.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis ovatis, concavis, coloratis, deciduis. *Cor.* petala quinque obtusa, nitida, fovea supra unguem, quae nectarium est. *Stam.* brevia, antherae erectae, didymae. *Pist.* germina in capitulum collecta, styli nulli, stigma-

ta

ta minima, reflexa. *Peric.* nullum. *Sem.* plurima, irregularia, apice reflexo.

1. *Ranunculus foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. L.* Ranunculus paluſtris ſerratus. B. Ranunculus longifolius paluſtris minor. B. Hahnenfuß. Folia radicalia petiolis longis nixa, ſerrata, caulina ſeſſilia, linearia, integerrima; in paludibus & foſſis, bey Mickau, & alibi, Junio.

† 2. *Ranunculus foliis lanceolatis, caule erecto. L.* Ranunculus longifolius paluſtris major. B. Foliorum margo integer, & minutis aliquot denticulis munitus; flores praecedentibus majores; in foſſis, via qua itur von der Ohra nach der Mottlau, & alibi, Julio.

3. *Ranunculus foliis cordatis angulatis petiolatis. L.* Chelidonia rotundifolia minor. B. Feigwarzkraut. Folia glabra, nitida; im heiligen Brunnen, Herbergiſchen Walde, & in hortis ſponte floret, April. Maj. Calyx triphyllus. Petala plura.

† 4. *Ranunculus foliis radicalibus ſubrotundo-cordatis crenatis, caulinis digitatis dentatis, caule multifloro. L.* Ranunculus rotundifolius vernus ſylvaticus major vel caſſubicus, folio thorae calthae. Breyn. Prodr. 1. Ranunculus aconitifolius, folio rotundo ad radicem praeſtolante. Loeſel. Breynius circa Gedanum invenit, Majo Flores crocei.

† 5. *Ranunculus foliis radicalibus reniformibus crenatis inciſis, caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. L.* Ranunculus nemoroſus vel ſylvaticus folio rotundo. B. in pratis, & in horto ſponte florentem vidi, Majo.

6. *Ranunculus foliis inferioribus palmatis, ſummis digitatis, fructibus oblongis. L.* Ranunculus paluſtris apii folio laevis. B. Semina hanc ſpeciem ſatis diſtinguunt, quae ſpicam quandam oblongam formant, cum in coeteris in capitulum globoſum collecta ſint; ad foſſas am Kupperdamm, Julio.

7. *Ranunculus calycibus retroflexis, pedunculis ſulcatis, caule erecto, foliis compoſitis. L.* Ranunculus pra-

tenſis

*Polygynia.*

tenſis, radice verticilli modo rotunda. B. Ad ſpecies minores pertinet. Folia in tres lobos, & illi in tres alios plerumque dividuntur. Calyces reflexi, & radix bulboſa notae diſtinctivae. Floret in montibus vor dem Oliwiſchen Thor, Majo.

8. *Ranunculus calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, ſtolonibus repentibus, foliis compoſitis. L.* Ranunculus pratenſis repens hirſutus. B. Folia ternata, folia trifida petiolata, ſaturate viridia, caules erecti; in pratis, & ſoepiſſime in hortis, ubi majora folia profert, Majo, Junio.

† 9. *Ranunculus calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, caule erecto, foliis multipartitis. L.* Ranunculus ſylveſtris. Tabern. Folia profunde & acute diſſecta; in pratis, Majo.

10. *Ranunculus calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis, ſummis linearibus. L.* Ranunculus pratenſus erectus acris. B. in pratis vulgatiſſimus, & ad margines agrorum, Junio, Hujus forte Varietas: Ranunculus pratenſis erectus prolifer, Oelhafii, quem ille auf dem Holm vidit, & icone illuſtravit.

† 11. *Ranunculus ſeminibus aculeatis, foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus. L.* Ranunculus arvenſis echinatus. B. Ranunculus arvenſis anguſtifolius. Tabern. Folia inferiora tripartita, laciniata; in agris paſſim, Jun. Jul.

† 12. *Ranunculus nemoroſus hirſutus, foliis caryophyllatae. Loeſel.* Folia hirſuta, tri-vel quinqueloba, lobis inciſis, petiolis longis adpenſa; caulina ſeſſilia, ternata, anguſta; caules hirſuti, flores aurei; im heiligen Brunnen, Majo.

13. *Ranunculus aquaticus capillaceus. B.* Folia capillaria in circumſcriptionem circularem diſpoſita, aquis immerſa, ex quibus flores tantum pedunculis emergunt; in ſtagnis, Julio. Varietas eſt Ranunculi foliis ſubmerſis capillaceis, emerſis peltatis, Linnaei.

Flores

Polygynia.

Flores omnium Ranunculorum, nobis indigenarum, dilutius aut intenſius lutei ſunt, & plerumque nitentes, calyces quoque luteoli, ſed ſpecies ultima flores profert albos, medio tantum luteos. Petala in Ranunculis ſaepe plura.

## 179. TROLLIUS.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala plura, ſubovata, conniventia, per ſeries diſpoſita; nectaria novem, linearia, plana, incurva. *Stam.* ſetacea, antheris erectis. *Piſt.* germina columnaria, ſtyli nulli, ſtigmata mucronata. *Peric.* capſulae numeroſae in capitulum collectae, ovatae, acumine recurvo. *Sem.* ſolitaria.

1. *Trollius corollis conniventibus, nectariis longitudine ſtaminum. L.* Ranunculus montanus, aconiti folio, flore globoſo. B. Folia quinquepartita, laciniis plerumque tripartis, margine inciſis; flores lutei non perfecte explicantur, ſed conniventibus petalis ſtamina contegunt; in campis remotioribus bey der Karthauſe, Junio.

## 180. CALTHA.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala quinque ovata, patentia, magna. *Stam.* filiformia, antherae obtuſae, erectae. *Piſt.* germina compreſſa, oblonga, ſtyli nulli, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* capſulae quinque ad decem, acuminatae, bicarinatae. *Sem.* plurima, ſubrotunda.

1. *Caltha paluſtris. L.* Caltha paluſtris flore ſimplici. B. Populago major. Tabern. Dotterblumen. Folia magna, rotunda, crenata; flores lutei, venis obſcurioribus picti vel ſtriati; in pratis aquoſis copioſe, Aprili & Majo.

# Classis XIV.

## *DIDYNAMIA.*

In plantis Classium præcedentium stamina omnia libera, ratione longitudinis indeterminata, & cum pistillo in eodem flore conjuncta; sequentium vel duo reliquis breviora, vel inter se aut cum pistillo cohaerentia, vel denique ab illo diversis floribus aut plantis separata. Flores praesentis Classis stamina gerunt quatuor, quorum duo breviora. In pluribus etiam partibus conveniunt. Calyx monophyllus, tubulatus, erectus, quinquefidus. Corolla monopetala, basi tubulata, limbo in duo labia diviso, quorum superius erectum, vel galeatum aut falcatum antheras staminum plerumque recondit, inferius patens, in tres lacinias, media saepe latiore, divisum. Stamina corollae tubo inserta, versus dorsum ejus inclinata, & apicibus sub labio superiore latentia. Pistilli stylus unicus pariter inflexus, inter filamenta positus, quibus paulo longior, summitate incurvatus. Semina vel sine Pericarpio in sinu calycis recondita, quae Gymnospermia, vel peculiari capsula inclusa, quae Angiospermia.

*Gymnospermia.*

### *A. Gymnospermia.*

Flores verticillatim cauli adhaerent. Stigma bifidum, acutum. Semina quatuor, nuda, in calyce, qui vel subquinquefidus, vel bilabiatus, labio superiore trifido, inferiore bifido.

*a. ca-*

*a. calyce ſubquinquefido.* *Gymnoſpermia.*

Ajuga. Teucrium. Nepeta. Betonica. Mentha. Glecoma. Lamium. Galeopſis. Stachys. Ballota. Marrubium. Leonurus. Origanum.

## 181. AIUGA.

*Cal.* brevis, ſemiquinquefidus. *Cor.* tubus incurvus, labium ſuperius minimum, erectum, bifidum; inferius magnum, lacinia media maxima cordata, lateralibus parvis. *Stam.* ſubulata, labio ſuperiore longiora, antherae didymae. *Piſt.* ſtylus filiformis, ſtigmata tenuia, inferius brevius. *Sem.* oblonga.

1. *Ajuga tetragono-pyramidalis. L.* Conſolida media pratenſis coerulea. B. Bugula. Tourn. Planta villoſa; folia ſeſſilia, oppoſita, lanceolata, obtuſe dentata; caules ſimplices, plures, humiles; flores ſaturate coerulei; labium ſuperius breviſſimum, hinc Tournefortius florem unilabiatum adpellat, duobus denticulis locum labii ſuperioris occupantibus; im Herbergiſchen Walde, im Jaſchkenthal, ſemper tamen in confinio ſylvae, Majo, Junio.

## 182. TEUCRIUM.

*Cal.* ſemiquinquefidus, acutus, baſi a parte gibbus. *Cor.* tubus brevis, faux incurvata, labium ſuperius erectum, bifidum, labii inferioris laciniae laterales figura ſuperioris, media maxima ſubrotunda. *Stam.* ſubulata inter diviſuram labii ſuperioris prominentia, *Piſt.* ſtylus filiformis, ſtigmata tenuia. *Sem.* rotunda.

1. *Teucrium foliis ovatis inciſo-crenatis petiolatis, floribus ſubverticillatis. L.* Chamaedrys minor repens. B.

*Gymnospermia.*

Flores purpurei, quos etiam unilabiatos Tournefortius ſtatuit, & duas labii ſuperioris lacinias inferiori adnumerat, quod quinquefidum facit. Oelhafius plantam vidit hinter dem Strieß, Junio.

## 183. NEPETA.

*Cal.* cylindraceus, ore quinquedentato, denticulis ſuperioribus longioribus. *Cor.* tubus incurvus, faux in duas lacinias breviſſimas terminata, labium ſuperius erectum, emarginatum, inferius maximum, concavum, integrum, ſerratum. *Stam.* ſubulata, antherae incumbentes. *Piſt.* ſtylus filiformis, ſtigmata acuta. *Sem.* ſubovata.

1. *Nepeta floribus ſpicatis, verticillis ſub-pedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-ſerratis. L.* Mentha cataria vulgaris & major. B. Katzenmünz. Caules tetragoni, flores albi: Tournefortius lacinias faucis labio inferiori adſcribit, quod ita fit trifidum. Oelhafius ad margines agrorum reperit, Auguſto.

## 184. BETONICA.

*Cal.* quinquedentatus, ariſtatus. *Cor.* tubus incurvus, labium ſuperius erectum, planum, integrum, labii inferioris lacinia media emarginata. *Stam.* ſubulata. *Sem.* ovata.

1. *Betonica ſpica interrupta, corollarum lacinia labii intermedia emarginata. L.* Betonica purpurea. B. Betonick. Folia radicalia ovata, crenata, longis fulta petiolis. Caulis tetragonus, altus, ſimplex, hirſutus, ſupra medium duobus foliis oblongis, crenatis, oppoſitis inſtructus. Calycis denticuli in ariſtas abeunt; in convallibus hinter dem grünen Hofe inter fruticeta, Jul. Aug.

2. Beto-

2. *Betonica verticillata, calycibus ſpinoſis. L.* Sideritis vulgaris hirſuta erecta. B. Flores albi, maculis rubris adſperſi. Oelhafius bey dem Stries vidit, Junio. *Gymnoſpermia.*

## 185. MENTHA.

*Cal.* quinquedentatus. *Cor.* tubus calyce paulo longior, limbus quadripartitus, ſubaequalis, lacinia ſuperiore emarginata. *Stam.* ſubulata, erecta, diſtantia. *Piſt.* ſtylus corolla longior. *Sem.* parva.

1. *Mentha floribus ſpicatis, foliis oblongis ſerratis. L.* Mentha anguſtifolia ſpicata. B. Bachmüntz. Hujus Varietates: Mentha ſylveſtris rotundiore folio. B. Flores carnei vel albeſcentes; ad foſſas & loca humentia copioſe, Jul. Aug.

† 2. *Mentha floribus capitatis, foliis ovatis ſerratis petiolatis, ſtaminibus corolla longioribus. L.* Mentha rotundifolia paluſtris, ſive aquatica major. B. im heiligen Brunnen, & aliis locis opacis, humentibus, Auguſt.

† 3. *Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corollam aequantibus. L.* Calamintha arvenſis verticillata. B. Ackermüntz. Planta hirſuta, florum verticilli caulem non ambiunt, ſed ab uno latere ſaltim poſiti; in agris, & im Jaſchkenthal, Auguſt.

## 186. GLECOMA.

*Cal.* ſtriatus, minimus, ore quinquedentato, acuminato. *Cor.* tubus tenuis, compreſſus, labium ſuperius erectum, ſemibifidum, inferius trifidum, obtuſum, lacinia media emarginata. *Stam.* antherae conniventes. *Sem.* ovata.

Gymnospermia.

1. *Glecoma foliis reniformibus crenatis. L.* Hedera terrestris vulgaris. B. Gundelreben. Folia ad quodvis verticillum opposita, petiolata, odorata. Flores coeruleo-purpurei; im heiligen Brunnen, & multis aliis locis vulgaris, primo vere jam flores promit, & in aestatem durat, Aprili jam florentem vidi.

## 187. LAMIUM.

*Cal.* superne patens, aristis quinque acutis. *Cor.* tubus brevissimus, faux inflata, compressa, utrinque denticulo terminata, labium superius fornicatum, inferius obcordatum, emarginatum. *Stam.* subulata, antherae oblongae, hirsutae. *Sem.* triquetra, truncata.

1. *Lamium foliis cordatis acuminatis serratis petiolatis. L.* Lamium album non foetens, folio oblongo. B. weisse taube Nessel.

2. *Lamium foliis cordatis obtusis petiolatis. L.* Lamium purpureum foetidum, folio subrotundo. B. rothe taube Nessel.

3. *Lamium foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus. L.* Lamium foliis caulem ambientibus majus. B. Flores rubri. Haec species parcius occurrit, priores ubique obviae, Majo & per aestatem florent.

Lamium alba linea notatum. B. cujus & Oelhafius meminit, non distincta species videtur, sed varietas accidentalis. Si denticuli faucis in flore Lamii labio inferiori adnumerantur, hoc etiam tripartitum & coeteris analogum euadet. Sic & in Mentha lacinia superior, quae reliquis paulo latior, pro labio superiore, tres aliae vero pro inferiore a Tournefortio habentur.

188. GA-

## 188. GALEOPSIS.

*Gymnospermia.*

*Cal.* in quinque aristas acutas desinens. *Cor.* tubus brevis, faux longior & latior, ad basin labii inferioris utrinque denticulum concavum demittit, labium superius concavum, apice serratum, inferius trifidum, laciniis lateralibus subrotundis, media majore emarginata, crenata. *Stam.* antherae bifidae. *Sem.* triquetra, truncata.

† 1. *Galeopsis internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis. L.* Sideritis arvensis angustifolia rubra. B. Ladanum segetum. Plin. Caulis tetragonus, hirsutus; folia pauca, opposita, angusta, laxe serrata, verticillis subjecta; flores rubri vel purpurei, ex calycibus longe prominentes; hinter Neuschottland, August.

2. *Galeopsis internodiis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis. L.* Urtica aculeata foliis serratis. B. Cannabina alba. Tabern. quae nomina plantae parum conveniunt. Caulis tetragonus, sub quouis verticillo crassior quam supra illud, qua nota facile distinguitur. Folia longis petiolis adpensa. Flores rubri, labio inferiore variegato seu maculis albis adsperso; passim ad sepes, & locis incultis Julio. Hujus Varietas: Galeopsis corolla flava, labio inferiore maculato. L. Flores formosi, lutei, inferiore labio purpureo; in agris bey dem heiligen Brunnen und grünen Hofe, Julio. Aliam vidi Varietatem, flore albo, labio inferiore maculis purpureis & luteis variegato, bey Emaus.

3. *Galeopsis verticillis sexfloris, involucro tetraphyllo. L.* Lamium folio oblongo luteum. B. gelbe taube Nessel. Folia fere ovata; im Herbergischen Wald, Junio.

Gymnospermia.

## 189. STACHYS.

*Cal.* semiquinquefidus, angulatus, denticulis subinaequalibus. *Cor.* tubus brevissimus, faux ad basin gibba, labium superius erectum, fornicatum, inferius trifidum, lacinia media majore, emarginata, replicata. *Sem.* ovata, angulata.

† 1. *Stachys verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. L.* Lamium maximum sylvaticum foetidum. B. Caules tetragoni, hirsuti; folia cum calycibus pariter hirsuta; flores fusci, labium inferius albis lineis curvis variegatum; in sylvis umbrosis & humidis, im heiligen Brunnen, Junio.

† 2. *Stachys verticillis sexfloris, foliis lineari-lanceolatis semi-amplexicaulibus. L.* Stachys palustris foetida. B. Caules tetragoni, hirsuti; flores purpurei; ad fossas hinter der Ziegelscheune, August.

† 3. *Stachys verticillis multifloris, foliorum serraturis imbricatis. L.* Stachys major germanica. B. Planta procera. Caulis exacte tetragonus, lanatus; folia oblonga, cordata, superiora lanceolata; verticilli contigui, summitatem caulis longe occupantes; flores purpurascentes; labium inferius maculatum; in agris hinter Neuschottland, August.

## 190. BALLOTA.

*Cal.* Involucrum dimidiatum, foliolis linearibus, calyx proprius striatus, patens, ore quinquedentato, acuto. *Cor.* tubus longitudine calycis, labium superius erectum, ovatum, crenatum, concavum; inferius trifidum, obtusum, lacinia media majori emarginata. *Sem.* ovata.

† 1. *Ballota foliis cordatis indivisis serratis. L.* Marrubium nigrum foetidum. B. Folia petiolata, flo-

res

res rubri; planta e longinquo visa faciem Lamii rubri simulat, quocum etiam conjunctim ad sepes & vias crescit, sed calycibus decem-striatis, verticillis lateralibus atque involucro cinctis, & corolla ipsa ab eo maxime differt; bey der Ziegelscheune & alibi. Jul. Augusti. *Gymnospermia.*

## 191. MARRUBIUM.

*Cal.* decem striatus, ore decemdentato, denticulis alternis minoribus. *Cor.* tubus cylindraceus, faux longa, tubulata, labium superius erectum, lineare, semibifidum, inferius semitrifidum, laciniis lateralibus acutis, media latiori emarginata. *Sem.* oblonga.

1. *Marrubium dentibus calycinis setaceis uncinatis. L.* Marrubium album vulgare. B. Caules tetragoni, albi, lanati. Folia petiolata, fere orbiculata, crenata, ab aversa parte alba. Verticilli crassi. Flores albi. Parcius apud nos crescit, reperi tamen in montibus vor dem Oliwischen Thor, & quotannis ad marginem agri vor Langefuhr, qua montes respicit, Julio.

## 192. LEONURUS.

*Cal.* pentagonus, quinquedentatus *Cor.* tubus angustus, faux longa, labium superius longum, semicylindraceum, concavum, villosum, inferius tripartitum, laciniis lanceolatis, fere aequalibus. *Stam.* antherae incumbentes, bifidae, punctis nitidis adspersae. *Sem.* oblonga, convexa, a parte angulata.

1. *Leonurus foliis caulinis lanceolatis trilobis. L.* Marrubium Cardiaca dictum. B. Cardiaca. Tourn. Herzgespann. Caules alti, multis florum verticil-

*Gymnospermia.*

lis instructi. Folia petiolata, lobis acutis, sub quovis verticillo longe prominent. Flores obsolete rubri; ad sepes, Julio.

## 193. ORIGANUM.

*Cal.* Involucrum foliolis ovatis coloratis; perianthium parvum quinquedentatum. *Cor.* tubus compressus, labium superius erectum, planum, emarginatum, inferius trifidum, laciniis aequalibus. *Sem.* ovata.

1. *Origanum spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. L.* Origanum sylvestre. B. Dost. Planta odorata; caules ramosi, folia parva, ovata, venosa, breviter petiolata; involucri squamae seu bracteae fuscae; ex qualibet floseulus ex albo rubens; in collibus hinter dem grünen Hofe, Jul. Aug.

### *b. calyce bilabiato.*

Clinopodium. Thymus. Melissa. Scutellaria. Brunella.

## 194. CLINOPODIUM.

*Cal.* Involucrum multisetum, verticillo subjectum; perianthium levissime incurvum, ore bilabiato, labio superiore latiori, trifido, acuto; inferiore bipartito, tenui, inflexo. *Cor.* tubus brevis, labium superius concavum, erectum, emarginatum; inferius trifidum, obtusum, lacinia media latiore emarginata. *Pist.* stigma simplex, nec bifidum ut reliqua hujus Ordinis. *Sem.* ovata.

† 1. *Clinopodium capitulis subrotundis hispidis, bracteis setaceis. L.* Clinopodium origano simile. B. Caules

les hirsuti, erecti; folia ovata, venosa, brevibus petiolis adnexa, a parte aversa dilutiora, villosa; verticilli crassi, pauci, saepe duo; flores rubri; hinter dem grünen Hofe, Auguſt.

## 195. THYMUS.

*Cal.* faux villis clausa, labium superius latius, planum, tridentatum, inferius bisetum. *Cor.* tubus longitudine calycis, labium superius brevius, erectum, planum, emarginatum; inferius trifidum, obtusum, lacinia media latiore. *Sem.* parva.

1. *Thymus floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtusis, basi ciliatis. L.* Serpyllum vulgare majus. B. Feldkümmel. Caules lignosi, folia ovata, flores purpurei vel albidi. Varietates: Serpyllum vulgare minus. B. & Serpyllum capitulis lanuginosis. L. quae foliis angustioribus; in montibus incultis copiose, ubi sub pedibus ambulantium gratum spirant odorem, Junio & sequentibus mensibus.

2. *Thymus floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis subramosis, foliis acutis serratis. L.* Clinopodium arvense ocymi facie. B. Folia ovalia, parva, laxe serrata; flores rubri; odore fere ocymum aemulatur; in montibus passim reperitur, Junio & per aestatem.

## 196. MELISSA.

*Cal.* angulatus, striatus, labium superius tridentatum, inferius bipartitum, brevius. *Cor.* labium superius erectum, fornicatum, emarginatum; inferius trifidum, lacinia media obcordata. *Stam.* antherae per paria conniventes. *Sem.* ovata.

1. *Me-*

Gymnospermia.

1. *Melissa pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule decumbente. L.* Calamintha pulegii odore sive Nepeta. B. Oelhafius bis hujus plantae meminit, sub nomiue Calaminthae & Mentastri; auf dem Holm, und bey dem heiligen Brunnen, Julio reperit.

## 197. SCUTELLARIA.

*Cal.* brevissimus, in duo labia integra terminatus, squamula incumbente instructus. *Cor.* tubus brevissimus, reflexus; faux longa, compressa; labium superius trifidum, lacinia media majore, concava, lateralibus acutis; inferius latius, emarginatum. *Pist.* stigma simplex. *Sem.* subrotunda, in calyce squamula clauso, galeae formam repraesentante.

1. *Scutellaria foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. L.* Lysimachia coerulea galericulata, vel Gratiola coerulea. B. Flores coerulei, bini in quovis verticillo, si verticillatae nomen huic plantae competit; ad ripas rivulorum, paludum, stagnorum, bey Mickau, & alibi, Majo, Junio.

## 198. BRUNELLA.

*Cal.* labium superius planum, truncatum, leviſſime tridentatum; inferius anguſtius, erectum, semibifidum. *Cor.* tubus brevis, faux oblonga, labium superius concavum, nutans; inferius trifidum, obtusum, lacinia media emarginata, serrata. *Stam.* filamenta apice bifurca, antherae infra apicem infertae. *Sem.* subovata.

1. *Brunella foliis ovato-oblongis petiolatis. L.* Brunella major, folio non dissecto. B. Caules simplices, flores purpureo-coerulei, non verticillati, sed in capitulum seu spicam brevem collecti; im Jasch-

ken

Penthal & in montibus & campis adjacentibus. Jul. Auguſt. *Gymnoſpermia.*

## *B. Angioſpermia.* *Angioſpermia.*

Plantae hujus Ordinis ſtigma non biſidum ſeu obtuſum, & ſemina pericarpio incluſa, numero indeterminata habent. Huc pertinent: Rhinanthus. Pedicularis. Euphraſia. Melampyrum. Lathraea. Antirrhinum. Scrophularia. Digitalis.

### 199. RHINANTHUS.

*Cal.* inflatus, compreſſus, quadridentatus. *Cor.* tubus longitudine calycis, labium ſuperius galeatum, compreſſum; emarginatum; inferius planum, ſemitrifidum, obtuſum. *Stam.* antherae incumbentes, bifidae, hirſutae. *Peric.* capſula orbiculata, compreſſa, bilocularis, bivalvis. *Sem.* plurima, compreſſa.

1. *Rhinanthus corollarum labio ſuperiore compreſſo breviore. L.* Pedicularis pratenſis lutea, vel Criſta galli. B. Klapper. quia ſemina matura in pericarpio quaſſata ſonum edunt. Folia ovato-lanceolata, acute ſerrata. Calyces venis reticulati, lutescentes. Flores flavi, rictu violaceo; in pratis vulgaris, bey dem grünen Hofe copioſe, Junio.

### 200. PEDICULARIS.

*Cal.* ventricoſus, ore quinquefido. *Cor.* tubus oblongus, gibbus, labium ſuperius galeatum, erectum, compreſſum, emarginatum; inferius planum, ſemitrifidum, obtuſum, lacinia media anguſtiore. *Stam.* antherae incumbentes, compreſſae. *Peric.* capſula ſubrotunda, acuminata, bilocularis. *Sem.* plurima, ſubrotunda, compreſſa.

1. *Pedi-*

*Angiospermia.*

1. *Pedicularis caule ramoso, calycibus oblongis angulatis laevibus, corollis labio cordato. L.* Pedicularis pratensis purpurea. B. Folia pinnata, pinnis alternis, linearibus, dentatis. In summitate caulis folia brevia, conferta, floribus prominentibus rubris mixta; calyces striati; hinter der Ziegelscheune am Ufer der Weichsel, Augusto.

## 201. EUPHRASIA.

*Cal.* tubulatus, quadrifidus, inaequalis. *Cor.* tubus longitudine calycis; labium superius concavum, emarginatum; inferius tripartitum, laciniis aequalibus, obtusis. *Stam.* antherae bilobae, inferiores lobo inferiore in spinulam acuminatae. *Pericarp.* capsula ovata, compressa, bilocularis. *Sem.* numerosa, minima.

1. *Euphrasia foliis ovatis argute dentatis. L.* Euphrasia officinarum. B. Augentrost. Caules ramosi, humiles. Folia parva, sessilia. Flores ex alis foliorum solitarii, ad apicem ramulorum congesti, albi, macula lutea & lineis obscurioribus variegati; laciniae labii inferioris crenatae; im Jaschkenthal & collibus utrinque adjacentibus, August.

2. *Euphrasia foliis linearibus, omnibus serratis. L.* Euphrasia pratensis rubra. B. Caules proceriores. Folia sessilia, versus basin latiora, laxe serrata; ex alis pedunculi floriferi, floribus rubris aut purpurascentibus; bey dem heiligen Brunnen, hinter der Ohra & aliis locis humidis singulatim crescunt, raro plures conjunctim, Julio.

## 202. MELAMPYRUM.

*Cal.* semiquadrifidus, laciniis tenuibus. *Cor.* tubus recurvus, labium superius galeatum, compressum, emarginatum, laterum marginibus reflexis;

flexis; inferius planum, erectum, semitrifidum, laciniis aequalibus, obtusum, duabus eminentiis in medio notatum. *Peric.* capsula longa, compressa, bilocularis, bivalvis. *Sem.* duo ovata, magna. *Angiospermia.*

1. *Melampyrum spicis conicis, laxis, laceris. L.* Melampyrum purpurascente coma. B. Folia lanceolata, basi modo integra, modo laciniata. Folia floralia conferta, laciniata, purpurea, quibus flores puniceo & luteo colore varii intermixti, spicam referunt brevem sed laxam. Licet plerique, & inter eos Oelhafius ipse, plantam hanc inter segetes crescere adfirment, imo a Veteribus vitium Tritici & germanico nomine Kuhweitzen adpellata fuerit, eam tamen inter segetes circa urbem nostram nondum vidi, sed unico tantum loco satis copiose florentem reperi; in collibus scilicet hinter dem grünen Hofe sitis, inter fruticeta, & quidem eo latere quod Austrum Eurumque respicit, Junio.

2. *Melampyrum bracteis cordato-lanceolatis, summis coloratis sterilibus, calycibus lanatis. L.* Melampyrum coma coerulea. B. Flores non spicati sed ex alis foliorum oppositorum per paria nascentes, conjugationibus inferioribus remotis, summis contiguis, ubi bracteae seu folia coerulei vel potius violacei coloris, quae floribus aureis mixta plantam formosam reddunt. Floret passim ad margines sylvarum, inprimis in memoratis collibus a parte Septentrionem spectante, Junio.

3. *Melampyrum florum conjugationibus remotis, corollis clausis. L.* Melampyrum luteum latifolium. B. Folia lanceolata, flores lutei vel aurei, iisdem locis, Junio.

† 4. *Melampyrum corollis hiantibus. L.* Melampyrum floribus sparsis sessilibus binatis, foliis omnibus indivisis. Haller. Folia angustiora, flores minores, pallide lutei; im Jaschkenthal & alibi, Jul. Aug.

203. LA-

*Angio-spermia.*

## 203. LATHRAEA.

*Cal.* campanulatus, ore quadrifido. *Cor.* tubus calyce longior, labium ſuperius galeatum, apice adunco; inferius minus, obtuſum, trifidum. *Peric.* capſula obtuſa cum acumine, unilocularis, bivalvis, elaſtica. *Sem.* pauca, ſubgloboſa.

1. *Lathraea caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis, labio inferiore trifido. L.* Orobanche radice dentata major. B. Dentaria major. Matthiol. Planta ſine foliis, quorum loco ſquamae paucae ovales caulem veſtiunt; flores purpurei. Oelhafius im Bärenwinkel, & im heiligen Brunnen, reperit Aprili & Majo; hoc ultimo loco non amplius creſcit, umbroſis tantum adſueta.

## 204. ANTIRRHINUM.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis oblongis. *Cor.* tubus gibbus, labium ſuperius bifidum, lateribus reflexum, inferius trifidum, obtuſum. Palatum clauſum prominentia e labio inferiore producta. Nectarium ad baſin corollae deorſum in cornu terminatum. *Pericarp.* capſula ſubrotunda, obtuſa, bilocularis. *Sem.* plurima.

1. *Antirrhinum foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, floribus imbricatis. L.* Linaria vulgaris lutea, flore majore. B. Flores flavi, palatum fulvum; paſſim in montibus, Julio.

## 205. SCROPHULARIA.

*Cal.* quinquefidus, laciniis rotundis. *Cor.* tubus globoſus, magnus; labia minima; ſuperius laciniis duabus erectis, majoribus; inferius duabus lateralibus, patulis, tertia infima reflexa.

*Stam.*

*Stam.* linearia deflexa, duo seriora, antherae didymae. *Pericarp.* capsula subrotunda, acuminata, bilocularis, bivalvis. *Sem.* plurima, parva. *Angiospermia.*

1. *Scrophularia foliis cordatis, basi transversis, caule obtusangulo. L.* Scrophularia nodosa foetida. B. Folia magna, serrata, caulis altus, ramosis, floribus parvis, fuscis, pluribus donatus; im Herbergischen Wald, Jaschkenthal, & aliis locis umbrosis, humentibus, Jun. Julio.

2. *Scrophularia palustris non foetida seu aquatica minor. B.* Oelhafius invenit bey Tempelburg, Augusti. haec tantum Varietas Scrophulariae aquaticae majoris B. & Scrophulariae foliis cordatis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato, racemis terminalibus. L. Flores prioribus similes; iisdem locis crescit.

## 206. DIGITALIS.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis subrotundis acutis, suprema angustiore. *Cor.* campanulata, tubus patens, deorsum ventricosus, limbus parvus quadrifidus, laciniis inaequalibus. *Stam.* subulata, antherae bipartitae. *Peric.* capsula ovato-acuminata, bilocularis, bivalvis. *Sem.* plurima, parva.

1. *Digitalis calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis, labio superiore bifido. L.* Digitalis lutea magno flore. B. Fingerhutsblum. Oelhafius vidit in Tempelburg, Jul. Aug. ubi hodie non crescit.

# Classis XV.

## *TETRADYNAMIA.*

Flores hujus Classis staminibus Sex instructi, quorum duo opposita reliquis breviora. Conveniunt omnes in sequentibus. Calix tetraphyllus, foliolis oblongis, concavis, deciduis. Corollae petala quatuor, aequalia, unguibus longis, limbi laminis obtusis. Stamina subulata, antherae erectae, oblongae. Glandula nectarifera staminibus adsidet, & praesertim brevioribus ad basin interiorem adfigitur, quare haec incurvantur, & sic breviora fiunt. Pistilli germen supra receptaculum, stylus unicus, simplex, stigma obtusum. Pericarpium siliqua bilocularis, bivalvis, quae vel brevis, subrotunda, vel longissima evadens plantas hujus Classis bifariam distinguit, in Siliculosas seu siliqua brevi, & Siliquosas seu longissima instructas.

*Siliculosa.*

### *A. Siliculosa.*

Myagrum. Draba. Lepidium. Thlaspi. Alyssum. Clypeola.

### 207. MYAGRUM.

*Cal.* foliola colorata, dehiscentia. *Cor.* petala subrotunda, unguibus angustis. *Pericarp.* silicula turbinato-cordata, subcompressa, apice stylo conico terminata. *Sem.* subrotunda.

1. *Mya-*

1. *Myagrum ſiliculis ovatis pedunculatis polyſpermis. L* Myagrum ſylveſtre. B. Leindotter. Ex radice aliquot caules ſurgunt ſimplices plerumque, foliis lanceolatis integris aut ſinuato-ſerratis veſtiti. Flores lutei, quorum pedunculi poſt floreſcentiam in longitudinem extenduntur, quod plerisque hujus Claſſis commune, interdum etiam deflectuntur; inter ſegetes aeſtivas bey Langefuhr, Majo. Varietatem, foliis tomentoſis incanis integerrimis, in montoſis vidi. *Siliculoſa.*

† 2. *Myagrum ſiliculis globoſis compreſſis punctato-rugoſis. L.* Myagro ſimilis ſiliqua rotunda. B. Myagrum monoſpermum hirſutum, ſiliquis rotundis. Loeſel. Caules ramoſi; folia cordato-lanceolata, amplexicaulia, ſcabra; flores lutei; ſiliculae pedunculis paulo brevioribus elevantur, & unicum ſemen continent; iisdem locis, Junio.

## 208. DRABA.

*Cal.* folia ovata, erecto-patula. *Cor.* petala oblonga, patentia, bipartita, unguibus minutiſſimis. *Piſt.* ſtylus vix ullus, ſtigma capitatum planum. *Peric.* ſilicula elliptico-oblonga, compreſſa. *Sem.* plura, parva ſubrotunda.

1. *Draba ſcapis nudis, foliis ſubſerratis. L. Syſt. Nat.* Burſa paſtoris minor, loculo oblongo. B. Planta ex minoribus. Folia radicalia lanceolata, brevia, tomentoſa, in orbem ſparſa, margine integro. Linnaeus in Spec. Plant. inciſa, in ed. nov. Syſt. Nat. ſubſerrata vocat, plerumque tamen margo integer. Caules nudi, ſimplices, aut uno alterove ramulo, rarius tamen, donati. Flores parvi, pauci, albi, quos ſilicula oblonga excipit; in montibus & campis ſterilibus arenoſis copioſe primo vere floret, Aprili, aut Martio ſi tempeſtas favet.

Siliculosa.

## 209. LEPIDIUM.

*Cal.* foliola ovata, concava. *Cor.* petala nulla. *Peric.* silicula subcordata, vix emarginata, compressa. *Sem.* solitaria, ovato-acuminata.

† 1. *Lepidium floribus diandris apetalis foliis radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. L.* Nasturtium sylvestre osyridis folio. B. Planta humilis, ramosa, foliosa. Singulare, quod flores petalis carent, & duo tantum stamina ostendunt, cum reliquae Lepidii species petalis instructae quatuor, licet nonnullis etiam stamina pauciora. Siliculae parvae, virides, linea albicante distinctae, quae dissepimentum indicat, ubi valvae dehiscunt; passim ad vias, Majo.

## 210. THLASPI.

*Cal.* foliola ovata, concava, erecto-patula. *Cor.* petala obovata, calyce duplo longiora, unguibus angustis. *Peric.* silicula compressa, basi augustior, emarginata, stylo longitudine emarginaturae instructa. *Sem.* plura duobus.

1. *Thlaspi siliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. L.* Thlaspi arvense siliquis latis. B. Bauren-senf. Folia sessilia, semiamplexicaulia. Flores albi, majusculi. Siliquae latae, margine foliaceo cinctae; ad margines agrorum, imprimis inter segetes aestivas hinter Langefuhr & alibi, Majo, Jun.

2. *Thlaspi siliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. L.* Bursa pastoris major, folio sinuato. B. Taschenkraut. Flores albi minores. Planta nota & ubique obvia, in pratis, campis, ad vias & semitas, April. Maj. Hujus Varietas: Bursa pastoris media. B. Folia radicalia minora, in orbem sparsa; caulina pauca aut nulla, cum in priore oblonga, amplexicaulia sint; passim occurrit.

211. ALY-

*Siliculosa.*

## 211. ALYSSUM.

*Cal.* foliola obtusa, conniventia. *Cor.* petala plana, patentia, unguibus longitudine calycis. *Stam.* quatuor longiora reliquis hujus Classis consimilia, duo breviora denticulo basi introrsum inserto notata. *Peric.* silicula subglobosa, stylo longitudine siliculae instructa. *Sem.* orbiculata.

1. *Alyssum caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymbosis. L.* Thlaspi fruticosum incanum. B. Flores albi; in montibus, campis & ad vias vulgare, Junio & sequ. mensibus.

## 212. CLYPEOLA.

*Cal.* foliola ovato-oblonga, persistentia. *Cor.* petala oblonga, unguibus calyce paulo longioribus. *Peric.* silicula orbiculata; plano-compressa, apice emarginata, fissura longitudine styli. *Sem.* orbiculata.

† 1. *Clypeola annua, siliculis bilocularibus dispermis, calycibus persistentibus. L.* Thlaspi Alysson dictum campestre minus. B. Planta humilis. Folia lanceolata, incana. Flores lutei, parvi. Pericarpium magnitudine auctum, apice levissime emarginatum, ubi stylus brevissimus persistit; in montibus, Majo.

## *B. Siliquosa.*

*Siliquosa.*

Cardamine. Sisymbrium. Erysimum. Turritis. Sinapis. Raphanus.

## 213. CARDAMINE.

*Cal.* foliola obtusa, gibba, parva. *Cor.* petala ovato-oblonga, patentissima, unguibus calyce longioribus. *Pist.* germen cylindraceum, longitudine

*Siliquoſa.* ſtaminum, ſtylus nullus, ſtigma capitatum. *Peric.* ſiliqua longa, cylindraceo-compreſſa, valvulis dehiſcendo ſpiraliter revolventibus. *Sem.* plurima, ſubrotunda.

1. *Cardamine foliis pinnatis, foliolis radicalibus ſubrotundis, caulinis lanceolatis. L.* Naſturtium pratenſe magno flore. B. Wieſenkreß. Flores albi, carnei, vel leviter rubentes; in pratis & campis humidis, vor dem Oliwiſchen Thor nach der Weichſel, Majo.

## 214. SISYMBRIUM.

*Cal.* foliola lanceolato-linearia, colorata, patentiuſcula. *Cor.* petala oblonga, erecto-patentia, unguibus parvis. *Piſt.* germen filiforme, ſtylus vix ullus. *Peric.* ſiliqua longa, incurva, gibba, teres. *Sem.* plurima, parva.

1. *Siſymbrium ſiliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis. L.* Naſturtium aquaticum ſupinum. B. Brunnkreß. Flores albi, antherae purpureae; im heiligen Brunnen, & aliis aquoſis locis, Majo, Jun.

† 2. *Siſymbrium ſiliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis ſerratis. L.* Eruca ſylveſtris minor, luteo parvoque flore. B. & Eruca paluſtris naſturtii folio, ſiliqua oblonga. B. Prior foliis longis pinnatis, pinnulis latis ſerratis aut dentatis, floribus parvis. Poſterior foliis minoribus lyrato-pinnatis, pinnulis tenuibus ſerratis, terminali majore, floribus luteis majusculis; hinter Neuſchottland, hinter der Ohra ad foſſas, Junio, Julio. Oelhafius aliam Erucam ſylveſtrem anguſtifoliam flore albo, ſive Sinapi erucae folio B. auf dem Holm reperit Julio.

† 3. *Siſymbrium ſiliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis ſerratis. L.* Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias diviſis. B. Waſſerrettich. Folia inferiora longas lacinias laterales ſeu dentes margi-

margine integerrimo emittunt, qui in medio folii coeteris longiores. Folia ſuperiora lanceolata inaequaliter ſerrata, ſumma lanceolato-linearia integerrima. Flores aurei. Siliquae breviores ovatae. Floret Junio ad foſſas, via qua itur von der Ohra nach der Mottlau. *Siliquoſa.*

† 4. *Siſymbrium foliis lyrato ſerratis ſcabris radicalibus, caule ſubnudo ramoſo. L.* Eruca coerulea in arenoſis proveniens. B. Eruca ſylveſtris minor, foliis ſubaſperis in orbem ſparſis. Loeſel. Folia brevia, aliquot ſeriebus humi ſtrata; caulis reſpectu foliorum altus, ramulos emittit paucos; ad ſingulorum exortum folium breviſſimum, lanceolatum, unicum; flores in ſummis ramulis albi; ſiliquae tenues. Hanc plantam hactenus ſemel reperi bey Emaus, Majo.

5. *Siſymbrium petalis calyce minoribus, foliis decompoſito-pinnatis. L.* Naſturtium ſylveſtre tenuiſſime diviſum. B. Sophia Chirurgorum. Lobel. Folia bi-et tripinnata, pinnulis linearibus dentatis ſeu laciniatis tenuiſſimis. Caules alti, folioſi. Flores lutei, parvi. Siliquae longiſſimae, tenues. Locis gaudet incultis, vor dem Oliwiſchen Thor & alibi, Majo.

6. *Siſymbrium foliis pinnato-haſtatis acutis hirtis, caule hiſpido. L. Syſt. Nat.* Eryſimum hirſutum ſiliquis erucae. Loeſel. idem eſt cum Eryſimo altero ſiliquis erucae B. hirſutie dempta; cujus Oelhafius meminit, & procul dubio hoc noſtrum intelligit. Folia hiſpida, caulis & pedunculi hirſuti, flores lutei, ſiliquae patentes. Copioſe extra portam ſecus viam vom hohem Thor nach dem altſtädtiſchen, Maj.

## 215. ERYSIMUM.

*Cal.* foliola conniventia, colorata. *Cor.* petala oblonga, plana, unguibus erectis. Glandula nectarifera duplex intra filamentum brevius. *Piſt.*

Siliquosa.

germen lineare, ſtylus breviſſimus, ſtigma capitatum, parvum. *Peric.* ſiliqua linearis, ſtricta, tetragona. *Sem.* plurima, parva.

1. *Eryſimum ſiliquis ſpicae adpreſſis. L.* Eryſimum vulgare. B. Wegſenf. Folia pinnato-haſtata, flores parvi, lutei; ad vias & ſepes vulgare, Julio.

† 2. *Eryſimum foliis cordatis. L.* Alliaria. B. Knoblauchkraut. Folia inferiora petiolata magna, margine ſinuato, ſuperiora minora. Flores albi, majusculi; ſiliquae erectae. Folia digitis comminuta allium redolent; im Herbergiſchen Walde, Majo.

† 3. *Eryſimum foliis integris lanceolatis. L.* Myagrum ſiliqua longa. B. Folia alterna, ſeſſilia; caulis erectus ramulos emittens; flores lutei; ſiliquae patulae; paſſim in arvis, bey der alten Rodaune am Damm neben dem Kramskrug, Jul. Aug.

## 216. TURRITIS.

*Cal.* foliola erecta, conniventia. *Cor.* petala ovato-oblonga, erecta, unguibus erectis. *Piſt.* germen teres, ſubcompreſſum, ſtylus nullus. *Pericarp.* ſiliqua longiſſima, ſtricta, tetragona, angulis alternis obtuſioribus ſubcompreſſis. *Sem.* numeroſa, emarginata.

1. *Turritis foliis radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. L.* Braſſica ſylveſtris, foliis circa radicem cichoraceis. B. wilder Kohl. Folia caulina erecta, acuta, flores albi; neben dem grünen Hofe, ad marginem ſylvae montoſae, Junio.

## 217. SINAPIS.

*Cal.* foliola linearia, concava, patentia. *Cor.* petala ſubrotunda, plana, patentia, unguibus erectis

ctis, linearibus. Glandulae nectariferae quatuor, duae inter ſtamina breviora & piſtillum, duae inter ſtamina longiora & calycem. *Piſt.* germen teres, ſtylus longitudine germinis, ſtigma capitatum. *Pericarp.* ſiliqua inferne toroſa, ſcabra, diſſepimento valvulis longiore, compreſſo. *Sem.* globoſa. *Siliquoſa.*

1. *Sinapis ſiliquis multangulis toroſo-turgidis roſtro longioribus. L.* Rapiſtrum flore luteo. *B. Hederich.* Caules hirſuti, folia ſcabra, petiolata, ſinuato-ſerrata, verſus baſin laciniis brevibus, interdum nullis. Flores lutei, patuli. Siliqua ſupernae, ubi ſemina deſinunt, cornu quoddam fungoſum, ſecundum definitionem Tournefortii, gerit, quod a diſſepimento ſupra valvas prolongato oritur; inter ſegetes aeſtivas, Junio, Julio.

## 218. RAPHANUS.

*Cal.* foliolis conniventibus, baſi gibbis. *Cor.* petala obcordata, patentia, ſenſim in ungues attenuata. Glandulae nectariferae quatuor, eodem modo ſicut in Sinapi ſitae. *Piſt.* germen oblongum, ventricoſum, ſtylus vix ullus, ſtigma capitatum. *Pericarp.* oblongum, cum acumine, glabrum, articulatum, uniloculare. *Stam.* ſubrotunda.

1. *Raphanus ſiliquis teretibus articulatis laevibus uniloculoribus. L.* Raphaniſtrum ſegetum flore luteo vel pallido. Tourn. Folia ut in praecedente, caules glabri, flores majuſculi, pallidi. Siliqua a ſeminibus dilatatur, & inter duo ſemina coarctatur, hinc articulata; apice cornu gerit praecedenti ſimile; iisdem locis & menſibus.

# Classis XVI.

## *MONADELPHIA.*

Stamina hujus Classis omnia inferne filamentis coalita, superne distincta, suntque vel Decandria, vel Polyandria, sive staminibus decem, vel plurimis.

*Decandria.*

### *A. Decandria.*

#### 219. GERANIUM.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis ovatis, concavis, persistentibus. *Cor.* petala quinque obcordata vel ovata, patentia. *Stam.* subulata, apice patentia, alterna longiora, antherae oblongae, versatiles. *Pist.* germen quinquangulare, stylus subulatus, staminibus longior, persistens, stigmata quinque reflexa. *Pericarp.* longum, rostratum, ad apicem styli usque extensum, basi dehiscens. *Sem.* quinque.

1. *Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis pinnatis incisis obtusis. L.* Geranium cicutae folio minus & supinum. B. Storchschnabel. Planta humilis, foliis decumbentibus, floribus rubris; in montibus, campis; vor dem Langgartischen Thor am Damm, & alibi, Majo. Hujus Varietatem: Geranium cicutae folio moschatum. B. Oelhafius notat, nostrum vero omittit. Differt tantum foliis longioribus & caule erectiori, item odore, qui tamen non semper adest;

eſt; hinc moſchatum & inodorum a Bauhino vocatur. Primo vere ut praecedens flores profert. Singulare in hoc primo Geranii genere, quod ſtamina quinque tantum fertilia ſeu antheris donata, reliqua eis carent; quod inter indigenas huic uni proprium; ex peregrinis vero plura ſtaminibus quinque aut ſeptem fertilibus, coeteris ſterilibus, reperiuntur.

2. *Geranium pedunculis biſloris, foliis multipartitis, laciniis linearibus ſubdiviſis obtuſis. L.* Geranium tuberoſum majus. B. Oelhafius reperit in montibus zwiſchen Tempelburg und Mickau, Junio. Adſervo ſpeciem huic quoad folia fere ſimilem, bey Karlkau collectam.

3. *Geranium pedunculis biſloris, foliis peltatis multipartitis rugoſis pinnato-laciniatis acutis. L.* Geranium batrachioides, Gratia Dei Germanorum. B. Flores majores, coerulei, formoſi; hinter dem Grünen Hoſe in fruticetis, auf der Saspe locis udis, Jul. Aug.

4. *Geranium pedunculis biſloris, calycibus piloſis decemangulatis. L.* Geranium robertianum primum. B. Folia in tres, inferiora in quinque lobos pinnatifidos diviſa. Flores purpurei; im Herbergiſchen Walde & alibi, Junio.

5. *Geranium pedunculis biſloris, petalis integris longitudine calycis, caule proſtrato, foliis reniformibus inciſis. L.* Geranium folio malvae rotundo. B. Folia venoſa, a parte averſa incana; caules tenues piloſi; flores parvi, purpurei; in montibus, Majo, Junio.

Plures hic dantur Geranii ſpecies.

*B. Po-*

Polyandria.

## B. Polyandria.

### 220. MALVA.

*Cal.* duplex, exterior triphyllus, lanceolatus, laxus, interior ſemiquinquefidus, major, latior. *Cor.* petala quinque, obcordata, plana, baſi coalita. *Stam.* numeroſa, inferne in cylindrum coalita, antherae reniformes. *Piſt.* germen orbiculatum, ſtylus brevis, cylindraceus, plurimis ſtylis coalitis conſtans, ſuperne diſtinctus in tot ſtigmata ſetoſa, quot capſulae ſeminales, germen orbiculatum efficientes. *Peric.* capſulae plures conjunctae, orbiculum depreſſum referentes, receptaculo columnari adfixae. *Sem.* ſolitaria, reniformia.

1. *Malva caule erecto, foliis multipartitis ſcabriuſculis.* *L.* Alcea vulgaris major. B. Folia petiolata, in quinque lobos laciniatos diviſa. Flores magni, roſei; zwiſchen Prauſt und Giſchkau, zwiſchen Langefuhr und Heil. Brunnen ad margines agrorum, Jul. Auguſt. Oelhafius loco hujus ſpeciei Alceam cannabinam B. poſuit, quae ad Althaeas Linnaei pertinet, & hic non creſcit; inductus procul dubio ſimilitudine quadam foliorum, & minus rationem habens calycis, qui Althaeam a Malva diſtinguit, dum exterior ſemiſexfidus, in Malva vero trifidus eſt. Idem Oelhafius adhuc aliam ſpeciem profert, Alceam ſcilicet veſicariam B. quae eſt Hibiſcus Linnaei, & nunquam nobis indigena fuit, ſed adhuc hodie in hortis floret, & quia numeroſis ſeminibus facillime propagatur, fieri omnino potuit, ut eam bey dem Heil. Brunnen ex planta cum ſeminibus projecta florentem invenerit.

2. *Malva*

2. *Malva caule erecto herbaceo, foliis lobatis obtusis, pedunculis petiolisque pilosis. L.* Malva sylvestris folio sinuato. B. Pappeln. Margo foliorum in quinque lobos crenatos divisus. Flores rubentes, minores praecedente, sequente majores; ad vias & sepes, locis incultis, Junio & per aestatem. *Polyandria.*

3. *Malva caule repente, foliis cordato-orbiculatis, obsolete quinquelobis. L.* Malva sylvestris folio subrotundo. B. Planta humifusa, foliis minoribus, crenatis, fere rotundatis ut vix lobi videantur, floribus parvis & pallidis; iisdem locis crescit, & usque in autumnum floret.

Clas-

# Classis XVII.

## *DIADELPHIA.*

Staminibus in duo corpora inferne coalitis. Corolla hujus Classis singularis est, papilionacea Tournefortio dicta, quatuor petalis constans inaequalibus, quorum supremum erectum Vexillum, duo lateralia Alae, inferius Carina salutatur. Secundum numerum antherarum trifariam dividuntur in Hexandria, Octandria & Decandria. Ex prioribus quilibet Ordo unicum Genus continet, floribus imperfecte papilionaceis; tertius numerosior flores vere papilionaceos seu leguminosos, a figura Pericarpii dictos, comprehendit.

*Hexandria.*

### *A. Hexandria.*

#### 221. FUMARIA.

*Cal.* diphyllus, foliolis erectis, acutis, parvis, deciduis. Species prima calyce caret. *Cor.* vexillum maximum, obtusum, reflexum, in calcar nectariferum basi desinens, alae breves, carina sulcata, vexillo similis sed sine calcari. Si flos labiatus adpellatur, Vexillum labium superius, Carina inferius, & Alae faucem tetragonam, bifidam constituent. *Stam.* filamenta duo, lata, quodvis intra unum labium inclusum, & tribus antheris terminatum. *Pist.* germen oblongum, stylus brevis, stigma

ſtigma orbiculatum, compreſſum. *Peric.* Silicula unilocularis. *Sem.* ſubrotunda. *Hexandria.*

1. *Fumaria caule ſimplici, bracteis longitudine florum. L.* Fumaria bulboſa radice cava major. B. Holwurz. Folia glabra in tria foliola petiolata diviſa, quorum quodvis in plures lobos inaequales diſtinguitur, margine integro. Flores ſpecioſi, rubri aut albi, in ſpicam laxam diſpoſiti, foliolis floralibus ovato-oblongis diſtincti; im H. Brunnen, Aprili, Majo.
2. *Fumaria pericarpiis monoſpermis racemoſis, caule diffuſo. L.* Fumaria officinarum & Dioſcoridis. B. Taubenkropf. Folia in plura foliola tenuiter inciſa aut laciniata diviſa. Flores minores, purpurei; in agris paſſim variis menſibus floret. Planta minor praecedente.

## *B. Octandria.* *Octandria.*

### 222. POLYGALA.

*Cal.* triphyllus, parvus, foliolis ovatis, perſiſtentibus, duobus infra corollam, tertio ſupra eandem. *Cor.* vexillum tubulatum, breve, bifidum, ore reflexo; alae maximae ſubovatae, extra poſitae; carina concava, ventricoſa, cum appendice duorum corporum penicilliformium. *Stam.* octo in duo corpora connata, antherae ſimplices. *Piſt.* germen oblongum, ſtylus ſimplex, ſtigma bifidum. *Pericarp.* capſula cordata, compreſſa, bilocularis, bivalvis. *Sem.* ſolitaria, ovata.

1. *Polygala floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. L.* Polygala major. B. Kreutzblum. Floribus coeruleis & albis; in montibus incultis, Junio.

*C. De-*

Decandria.

## C. Decandria.

Flores huc pertinentes filamentis duobus difformibus gaudent; inferius cylindraceum germen involvit, & supra medium in novem partes subulatas, totidem antheris instructas, finditur; superius germini incumbit, unicam gerens antheram. Sunt tamen plantae, exceptionem a regula patientes, licet paucae, quibus stamina omnia connata, superius enim basi cum inferiore cohaeret, quae ideo ad monadelphias referendae essent, sed reliquae hujus Classis notae & corolla inprimis papilionacea conjunctionem cum coeteris poscunt.

### a. staminibus omnibus connatis.

Spartium. Ononis. Anthyllis.

### 223. SPARTIUM.

*Cal.* monophyllus, parvus, bilabiatus, quinquedentatus, coloratus. *Cor.* vexillum obcordatum, reflexum, maximum. Alae ovato-oblongae. Carina alis longior, dipetala. *Stam.* inaequalia, superius brevissimum, germini incumbens; reliqua sensim longiora, germen involventia, antherae oblongae. *Pist.* germen hirsutum, stylus subulatus, stigma villosum, inflexum. *Peric.* legumen compressum, obtusum, uniloculare, bivalve. *Semi.* globosa, reniformia.

1. *Spartium foliis ternatis solitariisque, ramis inermibus angulatis. L.* Genista anguloſa & scoparia. B. Genist. Planta fruticescens; folia parva, lanceolato-ovata; flores magni, lutei; calycis denticuli parum elevantur, oris margine fere aequali; legumen saepe breviusculum, hirsutum, nigrum; in Jaschkenthal & montibus adjacentibus, Junio.

224. ONO-

## 224. ONONIS.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis linearibus, acuminatis, infima longiore, sub carina incurvata. *Cor.* vexillum cordatum, plicatum sive lateribus depressum. Alae ovatae, vexillo breviores. Carina acuminata, postice bifida. *Stam.* adsurgentia, antherae simplices. *Pist.* germen villosum, stylus adsurgens, stigma obtusum. *Peric.* legumen turgidum, villosum, uniloculare, bivalve. *Sem.* pauca reniformia.

1. *Onopis floribus racemosis geminatis, foliis ternatis, ramis spinosis. L.* Anonis spinosa flore purpureo. B. Hauhechel. Caules ramosi, rubri, hirsuti, apice in spinam rigidam terminati, in planta juniore vero laeves. Folia ternata vel solitaria, ovata, serrata aut crenata, quaedam etiam petiolo alato insident. Flores geminati, saepe solitarii, rubri, carina purpurascente, calycibus hirsutis, odore ingrato; ad margines agrorum in montibus, Julio.

## 225. ANTHYLLIS.

*Cal.* monophyllus, ovato-oblongus, villosus, ore quinquedentato, inaequali. *Cor.* vexillum longius, lateribus reflexis. Alae oblongae, breviores. Carina compressa, alis similis. *Stam.* adsurgentia, antherae simplices. *Pist.* germen oblongum, stylus simplex, stigma obtusum. *Peric.* legumen subrotundum, minimum, bivalve, intra calycem latens. *Sem.* unum aut alterum.

1. *Anthyllis herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. L.* Loto affinis Vulneraria pratensis. B. Lagopodium flore luteo. Tabern. Folia pinnata, foliolis ovatis, interdum oblongis, impari

Decandria.

pari multo majore. Flores in capitulum collecti; cuilibet pedunculo apice bifido duo capitula insident, quae foliis digitatis tanquam involucro cinguntur; in montibus ad segetes, Jun. Jul.

### *b. staminibus diadelphis.*

Orobus. Lathyrus. Vicia. Ervum. Coronilla. Ornithopus. Astragalus. Trifolium. Lotus. Medicago.

## 226. OROBUS.

*Cal.* tubulatus, ore quinquedentato, denticulis tribus inferioribus acutioribus, duobus superioribus brevioribus. *Cor.* vexillum obcordatum, inferne convolutum. Alae oblongae, conniventes, majores. Carina inferne bifida, acuminata, adsurgens, marginibus compressis. *Stam.* adscendentia, antherae subrotundae. *Pist.* germen cylindraceum, stylus erectus, stigma lineare, pubescens. *Peric.* legumen teres, longum, uniloculare, bivalve. *Sem.* plurima, subrotunda.

1. *Orobus foliis pinnatis ovatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici. L.* Orobus sylvaticus purpureus vernus. B. Folia pinnata, foliolis magnis, tribus venis longitudinalibus distinctis. Flores purpurei, postea coerulei, in sylva horti Groddeckiani in der Ohra, Majo.

† 2. *Orobus caule ramoso, foliis sexjugis ovato-oblongis. L.* Orobus sylvaticus, viciae foliis. B. Folia pinnata sine impari, sicut & praecedens, foliola interdum & quadrijuga, acuminata, venis pariter distincta. Flores purpurascentes; eodem loco & tempore.

227. LA-

## 227. LATHYRUS.

*Cal.* ſemiquinquefidus, campanulatus, laciniis acutis, infima longiore. *Cor.* vexillum maximum, lateribus & apice reflexis. Alae breves lunulatae. Carina ſemiorbiculata, alis latior, in medio dehiſcens. *Stam.* adſurgentia, antherae ſubrotundae. *Piſt.* germen lineare, ſtylus planus, ſuperne latior, apice acuto, ſtigma villoſum, ſtylo ubi latior adnatum. *Peric.* legumen longiſſimum, acuminatum, bivalve. *Sem.* plura, globoſa.

† 1. *Lathyrus pedunculis multiſloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, cirrhis ſimpliciſſimis. L.* Lathyrus ſylveſtris luteus foliis viciae. B. Gelbe Wicken. Petioli, foliis binis acutis inſtructi, terminantur in cirrhum ſive capreolum ſimplicem aut bi- vel trifidum; ſtipulae lineares aut lanceolatae, acutae; flores majuſculi, coloris ſulphurei; in montibus ad ſegetes, Julio.

† 2. *Lathyrus pedunculis multiſloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. L.* Lathyrus latifolius. B. Cicercula ſylveſtris. Tabern. Foliola plerumque quatuor ſine impari; flores purpurei, ejusdem magnitudinis; ſtipulae apice & baſi acutae, medio adfixae; im Jäſchkenthal, Majo.

## 228. VICIA.

*Cal.* tubulatus, ſemiquinquefidus, dentibus ſuperioribus brevioribus, conniventibus. *Cor.* vexillum ovale, apice emarginatum cum acumine, lateribus reflexum. Alae oblongae, ſemicordatae. Carina alis brevior, ſemiorbiculata, baſi bifida. *Stam.* antherae quadriſulcae. *Piſt.* germen longum, ſtylus brevior, ſtigma obtuſum, barbatum. *Peric.* legu-

Decandria. men longum, acuminatum, uniloculare, bivalve. *Sem.* plura, ſubrotunda.

1. *Vicia pedunculis multifloris, foliolis reflexis ovatis mucronatis, ſtipulis ſubdentatis. L.* Vicia maxima dumetorum. B. Wicken. Folia pinnata, foliolis ovatis, apice emarginatis cum acumine; cirrhi polyphylli; flores purpurei, pauci pedunculo brevi adhaerentes; variis locis ad agros, ſepes, foſſas, Junio.

† 2. *Vicia pedunculis ſubſexfloris, foliolis denis ovatis acutis, ſtipulis integris. L.* Vicia multiflora caſſubica fruticeſcens. Jac. Breyn. Prodr. 1. Flores ex rubro purpuraſcentes. Reperi Viciam fruticeſcentem, proceram, caulibus numeroſiſſimis complicatam, cirrhis mono- & polyphyllis, floribus parvis, paucis pedunculo elongato inſidentibus, pallidis aut albeſcentibus; hinter dem Grünen Hofe, Julio, de qua dubito, an haec, an alia ſit ſpecies.

† 3. *Vicia pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris. L.* Vicia multiflora. B. Vogelwicken. Foliola parva, plurima; cirrhi ſimplices, aut tri- & tetraphylli; flores minores, purpureo-coerulei, pedunculis longis inſidentes; ad ſegetes, Junio.

† 4. *Vicia leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, foliis retuſis, ſtipulis notatis. L.* Vicia ſativa vulgaris, ſemine nigro. B. Foliola apice obtuſo cum acumine; cirrhi polyphylli; flores purpureo-coerulei, bini, ſeſſiles, ſtipulae macula fuſca notatae; inter ſegetes, Julio.

† 5. *Vicia leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis, exterioribus decreſcentibus. L.* Vicia ſepium, folio rotundiore acuto. B. Flores purpurei, ſtipulae minores; ad ſepes, aeſtate.

Oelha-

Oelhafius Viciae latiori folio B. meminit, quae tamen in Pinace non reperitur. Viciae folia pinnata ſine impari, petiolo in cirrhum terminato. *Decandria.*

## 229. ERVUM.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis linearibus, acuminatis. *Cor.* vexillum ſubrotundum, leviter reflexum. Alae obtuſae, breviores. Carina acuminata, alis brevior. *Stam.* aſſurgentia, antherae ſimplices. *Piſt.* germen oblongum, ſtylus ſimplex, ſtigma obtuſum. *Peric.* legumen teres, obtuſum, nodoſum. *Sem.* ſubrotunda.

1. *Ervum pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis binis. L.* Vicia ſegetis cum ſiliquis plurimis hirſutis. B. Flores minores, pedunculis longis, pallidi; legumen breve; inter ſegetes, Julio.

## 230. CORONILLA.

*Cal.* breviſſimus, compreſſus, dentibus inferioribus minoribus, duobus ſuperioribus coalitis, *Cor.* vexillum cordatum reflexum. Alae ovatae, ſurſum conniventes, deorſum dehiſcentes. Carina compreſſa, acuminata. *Stam.* aſcendentia, antheris parvis. *Piſt.* germen oblongum, ſtylus ſetaceus, ſtigma obtuſum. *Peric.* legumen longum, inter ſingula ſemina contractum, bivalve, unilocular. *Sem.* plura.

1. *Coronilla herbacea, leguminibus erectis teretibus toroſis numeroſis, foliis glabris. L.* Securidaca dumetorum major, flore vario, ſiliquis articulatis. B. Folia pinnata, cum impari, foliolis obtuſis. Flores ex apice caulis breviſſimis petiolis penduli,

*Decandria.*

plures in capitulum quoddam collecti. Vexillum rubet, alae cum carina albicant, apex carinae fuscus, inter alas prominens; in montibus, inter segetes, in campis, & fruticetis, Junio.

## 231. ORNITHOPUS.

*Cal.* tubulatus, quinquedentatus. *Cor.* vexillum obcordatum. Alae ovatae. Carina minima. *Pist.* germen lineare, stylus setaceus, stigma punctum. *Pericarp.* legumen incurvatum, articulis pluribus. *Sem.* subrotunda.

† 1. *Ornithopus foliis pinnatis, leguminibus subarcuatis. L.* Ornithopodium majus. B. Folia pinnata cum impari, foliolis oblongis. Flores flavescentes, coronillae more dispositi, sed pauciores. Legumina fere erecta, curvata, articulata, avium digitos aemulantia, quovis articulo semine unico foeta; in montibus, Junio.

## 232. ASTRAGALUS.

*Cal.* tubulatus, quinquedentatus, denticulis inferioribus minoribus. *Cor.* vexillum obtusum, emarginatum, lateribus reflexis. Alae oblongae, breviores. Carina emarginata. *Pist.* germen teres, stylus subulatus, stigma obtusum. *Peric.* legumen biloculare. *Sem.* reniformia.

1. *Astragalus caulescens prostratus, leguminibus subtriquetris arcuatis, foliis ovalibus pedunculo longioribus. L.* Glycirrhiza sylvestris, floribus luteopallescentibus. B. Süßholz. Leckritz. Folia pinnata cum impari, foliolis majoribus. Legumina biloculatia plantam a reliquis papilionaceis distinguunt, in quibus unilocularia; in colle zwischen Pißkerdorf und Mickau sito, Julio.

233. TRI-

## 233. TRIFOLIUM.

Decandria.

*Cal.* tubulatus, quinquedentatus. *Cor.* vexillum reflexum. Alae breviores. Carina adhuc brevior. *Peric.* legumen univalve. *Sem.* pauca.

1. *Trifolium leguminibus racemoſis nudis diſpermis, caule erecto. L.* Melilotus officinarum Germaniae. B. Steinklee. Folia ternata, foliolis ovalibus ſerratis. Flores parvi candidi, interdum lutei, longe ſpicati; in montibus, Julio.

† 2. *Trifolium capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule adſcendente. L.* Flores albi, ſequenti fere ſimiles, a quo differt caule erecto; in collibus hinter dem Grünen Hofe, Junio.

3. *Trifolium capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente. L.* Trifolium pratenſe album. B. Weiſſer Wieſenklee. Foliola oblonga, acuta, quaedam radicalia rotunda. Flores in capitulum collecti; in pratis, Junio.

4. *Trifolium ſpicis ſubvilloſis, cinctis ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis. L.* Trifolium pratenſe purpureum. B. Brauner Klee. in pratis vulgaris, Junio.

5. *Trifolium ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis aequalibus. L.* Trifolium arvenſe humile ſpicatum, ſive Lagopus. B. Haſenklee. Foliola lanceolata, ſpicae breves, molles; calycis denticuli abeunt in ſetas molliuſculas floribus longiores, eosque penitus involventes; floſculi parvi, latentes, albidi, aut parum rufeſcentes; inter ſegetes & in arvis, Jul. Auguſt.

6. *Trifolium capitulis terminalibus, corollarum vexillis ſubulatis, caule erecto, foliolis lanceolatis ſerratis. L.* Trifolium montanum album. B. in montibus, Julio.

Decandria.

† 7. *Trifolium ſpicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus nudis, caule erecto. L.* Trifolium pratenſe luteum capitulo lupuli ſive agrarium. B. in pratis & montibus, Julio. Duas Trifolii lutei adhuc adſervo ſpecies, unam foliolis lanceolatis, apice obtuſo ſerrato, alteram apice truncato cum acumine; flores crocei in capitulum laxum collecti.

## 234. LOTUS.

*Cal.* ſemiquinquefidus, dentibus acutis. *Cor.* vexillum deorſum flexum, ungue oblongo, concavo. Alae breviores, latae, ſurſum conniventes. Carina gibba, ſuperne clauſa. *Piſt.* ſtylus adſcendens, ſtigma punctum inflexum. *Peric.* legumen cylindraceum, ſtrictum. *Sem.* plura, ſubrotunda.

1. *Lotus capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis. L.* Lotus ſive Melilotus pentaphyllos minor glabra. B. Folia ternata, apice obtuſiora; ad baſin petioli duo alia foliola rotundiora ſive cordata; flores lutei, quatuor aut quinque capitulum conſtituentes, legumina erecta, in montibus, am Herbergiſchen Wald, Majo, Junio.

## 235. MEDICAGO.

*Cal.* campanulato-cylindricus, ſemiquinquefidus, acuminatus. *Cor.* vexillum ovatum, reflexum, marginibus inflexis. Alae adpendice carinae adfixae, lateribus ſub ea conniventibus. Carina bifida, patens, obtuſa. *Piſt.* germen pedicellatum, incurvatum, e carina exſiliens, & vexillum reflectens, ſtylus brevis, ſtigma minimum. *Peric.* legu-

legumen compreſſum, inflexum. *Sem.* reniformia. *Decandria.*

† 1. *Medicago pedunculis racemoſis, leguminibus lunatis, caule proſtrato. L.* Trifolium ſylveſtre luteum, ſiliqua cornuta. B. Foliola parva, apice obtuſo crenato. Flores pallide lutei, in capitulum parvum collecti; am Herbergiſchen Wald, Junio.

2. *Medicago ſpicis ovalibus, leguminibus reniformibus monoſpermis, caule procumbente. L.* Trifolium pratenſe luteum capitulo breviore. Foliola praecedentibus fere ſimilia. Flores minimi. Legumina magnitudine aucta ex capitulo in ſpicam ovalem excreſcunt; in montibus, Majo.

# Classis XVIII.

*Polyandria.*

## *POLYADELPHIA.*

Staminibus in plura corpora coalitis.

### 236. HYPERICUM.

*Cal.* quinquepartitus, laciniis ovatis, concavis. *Cor.* petala quinque oblongo-ovata, obtusa, patentia. *Stam.* capillaria, numerosa, basi in quinque corpora coalita, antherae parvae. *Pist.* germen subrotundum, styli tres, stigmata simplicia. *Peric.* capsula triloculata. *Sem.* plurima, oblonga.

1. *Hypericum floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtusis pellucido-punctatis. L.* Hypericum vulgare. B. Johanniskraut. Folia opposita, a parte aversa punctata; caules ramosi, flores lutei; in montibus & campis, Julio.

2. *Hypericum floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, foliis cordatis glabris. L.* Hypericum minus erectum. B. Oelhafius reperit zwischen Pitzkerdorf und Bärenwinkel, Julio.

Clas-

# Classis XIX.

## *SYNGENESIA.*

Stamina apicibus sive antheris coalita. Classis haec numerosa continet flores vel simplices, de quibus sub ultimo Ordine, vel compositos, qui tres priores efficiunt; ex quarto nulla indigena est. Flos compositus calyce & receptaculo communi plures flosculos sessiles comprehendit. Corolla flosculorum monopetala est, germini insidens, tubo angusto constans, qui terminatur limbo, vel campanulato, quinquefido, laciniis patentibus, vel lineari, plano, extrorsum verso, apice truncato. Prior corolla tubulata, posterior ligulata dicitur. Stamina filamenta quinque capillaria, brevissima, tubo corollae inserta, antheras lineares, erectas, in cylindrum tubulatum coalitas, continent. Pistillum germine constat oblongo, stylo filiformi, cylindrum antherarum perforante, & stigmate bifido, laciniis revolutis. Pericarpium nullum est, sed semina solitaria in receptaculo communi calyceque persistente continentur. Praeterea notandum, flosculos alios hermaphroditos esse, sive staminibus & pistillo donatos, alios masculos, solis staminibus gaudentes, alios femineos, pistillo tantum instructos, alios denique neutros, quibus nec stamina nec stylus. Ex his jam subdivisiones seu Ordines hujus Classis sequentes: 1. Polygamia aequalis, flosculis omnibus hermaphroditis.

2. Poly-

2. Polygamia ſuperflua, floſculis hermaphroditis in diſco, femineis in radio. 3. Polygamia fruſtranea, floſculis hermaphroditis in diſco, neutris in radio. 4. Polygamia neceſſaria, floſculis masculis in diſco, femineis in radio, ex qua nulla apud nos creſcit, niſi forte Caltha vulgaris B. quam tamen nondum reperi. 5. Monogamia, floribus ſimplicibus.

*Polyg. aequalis.*

## *A. Polygamia aequalis.*

Floſculis diſci & radii hermaphroditis, corolla vel ligulata vel tubulata.

*ligulata.*

### *a. corolla ligulata.*

Tragopogon. Scorzonera. Sonchus. Lactuca. Chondrilla. Prenanthes. Leontodon. Hieracium. Crepis. Hyoſeris. Hypochaeris. Lapſana. Cichorium.

### 237. TRAGOPOGON.

*Cal.* octophyllus, foliolis acuminatis, alternis interioribus, baſi coalitis. *Cor.* compoſita, imbricata, corollulis multis, exterioribus paulo longioribus; propria quinquedentata. *Recept.* commune nudum, planum, ſcabrum. *Sem.* oblonga, angulata, ſcabra, ſtipite longo terminata, pappum plumoſum gerente.

1. *Tragopogon, calycibus corollae radium aequantibus, foliis integris ſtrictis. L.* Tragopogon pratenſe luteum majus. *B.* Bocksbart. Folia longa, ſubulata, flores magni, lutei, calycis laciniae interdum corolla longiores; in pratis, & convallibus paſſim, Junio, Julio; flos horis tantum matutinis apertus.

238. SCOR-

## 238. SCORZONERA.

*Polyg. aequal. ligulata.*

*Cal.* imbricatus, longus, ſubcylindraceus, ſquamis circiter quindecim. *Cor.* compoſita imbricata, corollulis plurimis, exterioribus paulo longioribus; propria quinquedentata. *Recept.* nudum. *Sem.* cylindracea, ſtriata, pappo plumoſo coronata.

† 1. *Scorzonera caule ſubnudo unifloro; foliis nervoſis planis. L.* Scorzonera humilis latifolia nervoſa. B. Folia lanceolata, venis longitudinalibus notata; flores lutei; bey Karlkau, Junio.

## 239. SONCHUS.

*Cal.* ventricoſus, ſquamis plurimis linearibus inaequalibus. *Cor.* compoſita imbricata, corollulis numeroſis, aequalibus; propria quinquedentata. *Recept.* nudum. *Sem.* oblonga, pappo ſimplici coronata.

† 1. *Sonchus pedunculis calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, foliis baſi cordatis. L.* Hieracium majus folio Sonchi, ſive Hieracium ſonchites. B. Folia oblonga, dentata, baſi latiora, flores lutei, majores, congeſti; inter ſegetes, Julio.

2. *Sonchus pedunculis tomentoſis, calycibus glabris. L.* Sonchus aſper laciniatus & non laciniatus. B. Sonchus laevis laciniatus latifolius. B. Gänsdiſtel. Haſenkol. Folia variae figurae, nunc integra, oblonga, apice latiora, nunc majoribus aut minoribus laciniis diviſa, apice ſoepe triangulari, margine nunc aſpero nunc laevi, quae nonnullis diſtinctae Species, Linnaeo Varietates audiunt. Flores lutei, praecedentibus minores; caules interdum rubri; variis locis, hortis, incultis, oleraceis, per aeſtatem.

240. LAC-

*Polyg. aequal. ligulata.*

## 240. LACTUCA.

*Cal.* ovato-oblongus, imbricatus, squamis plurimis acuminatis. *Cor.* composita imbricata, corollulis plurimis aequalibus; propria quinquedentata. *Recept.* nudum. *Sem.* ovata, acuminata, stipite longo, pappo simplici.

† 1. *Lactuca foliis linearibus dentato-pinnatis, laciniis sursum dentatis. L.* Chondrilla coerulea altera, cichorii sylvestris folio. B. Folia lacteſcentia, Cichorio fere similia, a quo differunt, quod anguſtiora, & laciniae laterales magis prominulae, superne dentatae, inferne integrae. Flores coerulei cichoracei; in montibus, Julio.

## 241. CHONDRILLA.

*Cal.* auctus, cylindraceus, squamis baseos paucis breviſſimis, cylindri plurimis, linearibus, aequalibus. *Cor.* composita imbricata, corollulis aequalibus, plurimis; propria quadri- aut quinquedentata. *Recept.* nudum. *Sem.* ovata, scabra, stipite longo, pappo simplici.

† 1. *Chondrilla juncea. L.* Chondrilla juncea viscosa arvensis. B. Folia radicalia dentata aut laciniata, quae aestate marceſcunt & diſparent, caulina linearia; caules ramulis sive pedunculis pluribus diviſi; flores pallide lutei; in montibus vor dem Oliwiſchen Thor, Junio.

## 242. PRENANTHES.

*Cal.* auctus, cylindraceus, squamis baseos tribus inaequalibus breviſſimis, cylindri quinque aequalibus. *Cor.* composita vix imbricata, corollulis

lulis quinque; propria quadridentata. *Recept.* nudum. *Sem.* cordata, pappo capillari coronata. *Polyg. aequal. ligulata.*

1. *Prenanthes floſculis quinis, foliis lyrato-haſtatis. L.* Sonchus laevis laciniatus muralis, parvis floribus. B. Folia alterna, laciniis plerumque duabus, interdum quatuor, apice latiore, triangulari, dentato. Pedunculi ramoſi, floribus parvis, luteis, calycibus longis, anguſtis; in ſylvis, bey dem H. Brunnen, Julio.

## 243. LEONTODON.

*Cal.* imbricatus, oblongus, ſquamis interioribus linearibus, aequalibus, exterioribus pauciorибus, ſoepe ad baſin reflexis. *Cor.* compoſita imbricata, corollulis numeroſis, aequalibus; propria quinquedentata. *Recept.* nudum, punctatum. *Sem.* oblonga, ſcabra, ſtipite longiſſimo pappigero.

1. *Leontodon calyce inferne reflexo. L.* Dens leonis latiore folio. B. Taraxacon minus. Lon. Butterblum. Flores lutei; in pratis & campis vulgatiſſimum, Majo.

† 2. *Leontodon calycibus erectis, pedunculis ſquamoſis, foliis glabris dentatis integerrimis. L.* Hieracium chondrillae folio glabro, radice ſucciſa, minus. B. Hujus Varietatem foliis longiſſimis, anguſtis, linearibus, ſubdentatis; reperi im Ellernwald auf der Saspe, Auguſt.

† 3. *Leontodon calyce toto erecto hiſpido, foliis hiſpidis dentatis integerrimis. L.* Hieracium aſperum folio magno Dentis leonis. B. Hieracium Dentis leonis folio, hirſutie aſperum, minus laciniatum. B. Pedunculi uniflori, flores lutei, praecedente majores. Folia variant; integerrima reperi, margine lacero,

*Polyg. aequal. ligulata.*

lacero, alia laciniis majoribus aut minoribus, hinc Varietates, quae tamen pilis apice ſtellatis conveniunt; in montibus, hinter dem grünen Hofe, Junio.

## 244. HIERACIUM.

*Cal.* craſſiuſculus, ſquamis pluribus, linearibus, inaequalibus. *Cor.* compoſita imbricata, corollulis numeroſis, aequalibus; propria quinquedentata. *Recept.* nudum. *Sem.* tetragona, brevia, pappo ſimplici coronata.

1. *Hieracium foliis integerrimis ovatis, caule repente, ſcapo unifloro. L.* Piloſella major repens hirſuta. B. Mausöhrlein. Folia longis pilis hirſuta, ſolo incumbentia, caules ſive ſcapi nudi, flores pallide lutei, linea rubra longitudinali per medium petalorum a parte exteriore ducta; in pratis, & hinter dem grünen Hofe, Majo.

2. *Hieracium caule ramoſo, foliis radicalibus ovatis, dentatis, caulino minori. L.* Hieracium murorum folio piloſiſſimo. B. Pulmonaria Gallica. Tabern. Folia magis aut minus piloſa, denticulis longioribus aut brevioribus, hinc Varietates: Hieracium murorum laciniatum minus piloſum. B. & Pulmonaria Gallica tenuifolia. Tabern. Caules hirſuti, multiflori; flores lutei; in ſylvis, Junio.

† 3. *Hieracium foliis linearibus ſubdentatis ſparſis, floribus ſubumbellatis. L.* Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus. B. Habichtkraut. Folia inferiora latiora, caules ſoepe inflexi, flores majuſculi, aurei; in collibus hinter dem grünen Hofe, Auguſt.

Hieraciorum numeroſae ſpecies difficilius diſtinguntur, ob notas in multis convenientes & Auctores diſſentientes; hinc nonnullas a me repertas indicabo, quas determinare non audeo.

† 4. *Hie-*

† 4. *Hieracium foliis dentatis hirſutis aſperis, ſcapo nudo unifloro, calyce hirto.* an Hieracium 2 Hedypnoides Linn? Hieracium montanum, dentis leonis folio, ſive laciniatum, lanuginoſo folio. B? Folia fere linearia, verſus apicem latiora, dentibus ſimplicibus, horizontalibus, longioribus aut brevioribus, ſcabra & villoſa, ſed viſciditatem, quae in Linnaei ſpecie, obſervaſſe non memini. Calyces hirti, flores magni, aurei; in montoſis hinter dem Grünen Hofe, Jul. Aug. *Polyg. aequalis ligulata.*

† 5. *Hieracium foliis radicalibus erectis linearibus dentatis, dentibus longiſſimis inflexis.* an Hieracium nigrum ſive 3. Tabern? Folia glabra, dentes ſurſum incurvati, caules ramoſi ſubnudi; im Walde hinter Zoppott.

† 6. *Hieracium latifolium calycibus hirſutis.* Folia ſemiamplexicaulia, glabra, ſuperne latiora, ſinuatodentata, dentibus brevibus deorſum flexis. Caules ſtriati, ramoſi. Calyces pilis nigris exſtantibus hirti, ſicut in Hieracio 16 paludoſo Linn. Pedunculi paribus ſed rarioribus pilis hirſuti, ad diviſuras crebrioribus, in quo cum Hieracio 17 lyrato ejusd. convenit. Flores magni. Locus, ubi repertum, memoria excidit.

† 7. *Hieracium foliis anguſtiſſimis dentatis, caule fruticoſo ſtriato multifloro.* Caulis folioſus, foliis ſuperioribus ſimpliciſſimis, linearibus, longis, inferioribus dentes longos aut breviores anguſtos emittentibus. Pedunculi & calyces breviter lanuginoſi; flores minores; in fruticetis hinter dem Grünen Hofe.

Plures paſſim repertas non refero.

## 245. CREPIS.

*Cal.* duplex, exterior breviſſimus, patulus, deciduus; interior ovatus, ſulcatus, ſquamis linearibus

*Polyg. aequal. ligulata.*

bus conniventibus. *Cor.* compoſita imbricata, corollulis plurimis aequalibus; propria quinquedentata. *Recept.* nudum. *Sem.* oblonga, pappo plumoſo petiolato coronata.

† 1. *Crepis foliis lanceolatis ſagittatis ſeſſilibus laevibus, inferioribus dentatis. L.* Hieracium majus erectum anguſtifolium, caule laevi. B. Folia inferiora pinnato-dentata, ſuperiora lanceolata integra. Caulis ſulcatus, hirſutus, rubicundus, cavus, ramoſus. Flores minores, pallide lutei; in montoſis paſſim, Junio.

† 2. *Crepis foliis pinnato-haſtatis ſcabris, baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. L.* Hieracium chondrillae folio hirſutum. B. Caulis ramoſus, foliis brevibus, linearibus, ſolitariis ad diviſuras ramulorum; flores majores, aurei; ad ſegetes bey Langefuhr, Junio.

## 246. HYOSERIS.

*Cal.* decaphyllus, ſquamis lanceolatis, baſi ſquamis breviſſimis auctus. *Cor.* compoſita ſubimbricata; propria quinquedentata. *Recept.* nudum. *Sem.* oblonga, compreſſa, pappoſa aut nuda.

1. *Hyoſeris caule diviſo nudo. L.* Hieracium minus, dentis leonis folio oblongo glabro. B. Hyoſeris anguſtifolia & foemella. Tabern. Folia linearia, anguſta, ſinuato-dentata; caulis in duos pedunculos diviſus, cuilibet flos major aureus inſidet; ſemina pappoſa; am Wege nach Rinkau, & aliis locis aridis, Auguſt.

2. *Hyoſeris latifolia. Rupp.* Hieracium minus folio ſubrotundo. B. Hyoſeris maſcula & latifolia. Tabern. Folia latiora, dentata, pauca; caules rubri, nudi, tenuiſſimi, in duos aut tres pedunculos

culos diviſi, qui verſus apicem multo craſſiores & cavi flores ſuſtinent ſolitarios, minores, pallidiores, calycibus brevioribus, craſſioribus, ſemine non pappoſo. Planta minor praecedente; in campis bey Karlfau, Julio. *Polyg. aequal. ligulata.*

## 247. HYPOCHOERIS.

*Cal.* imbricatus, baſi ventricoſus, ſquamis lanceolatis acutis. *Cor.* compoſita imbricata, corollulis numeroſis; propria quinquedentata. *Recept.* diſtinctum. *Sem.* oblonga, pappoſa.

† 1. *Hypochoeris foliis dentato-ſinuatis ſcabris, caule ramoſo nudo, pedunculis ſquamoſis. L.* Hieracium dentis leonis folio obtuſo majus. *B.* Pedunculi ad diviſuras ſquamis anguſtiſſimis, linearibus, ſolitariis, prope calycem vero pluribus, minimis, inſtructi; in ſylvis, Julio.

## 248. LAPSANA.

*Cal.* auctus, angulatus, ſquamis baſeos ſex minimis, tubi octo linearibus, canaliculatis. *Cor.* compoſita imbricata, corollulis circiter ſedecim, propria quinquedentata. *Recept.* nudum. *Sem.* cylindraceo-trigona.

† 1. *Lapſana calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. L.* Soncho affinis Lampſana domeſtica. *B.* Folia inferiora petiolata, interdum lyrata, plerumque ovata, ſinuato-dentata, ſuperiora ſeſſilia, oblonga, integra. Flores parvi, lutei; in oleraceis & aliis pinguioribus locis. Hujus Varietas: Soncho affinis Lampſana ſylvatica. *B.* Folia magis lyrata, coeterum prioribus ſimilia, ſuperiora paulo latiora denticulata; in ſylvis, Junio.

*Polyg. aequal. ligulata.*

## 249. CICHORIUM.

*Cal.* cylindraceus, ſquamis octo lanceolatis, cylindrum conſtituentibus, quinque brevioribus incumbentibus. *Cor.* compoſita plana, corollulis viginti in orbem poſitis; propria profunde quinquedentata. *Recept.* paleis inſtructum. *Sem.* compreſſa, angulis acutis margine brevi quinquedentato coronata.

1. *Cichorium caule ſimplici, foliis dentato-ſinuatis. L.* Cichorium ſylveſtre ſive officinarum. B. Wegwart. Folia inferiora majora, ſuperiora anguſta, margine ſoepe integro. Caulis ramulos profert, floribus ſeſſilibus coeruleis ornatos; ad agros, & in montibus, Julio.

*tubulata.*

*b. corolla tubulata.*

Arctium. Serratula. Carduus. Cnicus. Onopordum. Carlina. Bidens. Eupatorium.

## 250. ARCTIUM.

*Cal.* globoſus, imbricatus, ſquamis lanceolatis, in aculeos hamatos deſinentibus. *Cor.* compoſita corollulis aequalibus; propria tubo longo tenui, limbo ovato, laciniis aequalibus. *Recept.* paleis ſetaceis inſtructum. *Sem.* oblonga, gibba, brevi & ſimplici pappo coronata.

1. *Arctium foliis cordatis inermibus petiolatis. L.* Lappa major ſive Arctium Dioſcoridis. B. Klette. Folia magna, ſubtus tomentoſa; calyces pariter tomento quodam lanoſo inſtructi, flores rubri; locis incultis & ad vias, Jul. Aug. Varietas floribus albis parcius reperitur.

251. SER-

## 251. SERRATULA.

*Polyg. aequal. tubulata.*

*Cal.* cylindraceus, ſubventricoſus, imbricatus, ſquamis lanceolatis. *Cor.* compoſita corollulis aequalibus; propria tubo inflexo, limbo ventricoſo. *Recept.* paleis diſtinctum. *Sem.* ovata, pappo plumoſo.

† 1. *Serratula foliis dentatis ſpinoſis. L.* Carduus in avena proveniens. B. Flores minores, pallide rubri, odoriferi; inter ſegetes, Julio. Serratula differt a Carduo caulibus & calycibus inermibus, foliis ſolis ſpinoſis.

## 252. CARDUUS.

*Cal.* ventricoſus, imbricatus, ſquamis numeroſis, lanceolatis, aculeatis. *Cor.* compoſita corollulis fere aequalibus, reflexis; propria tubo tenuiſſimo, limbo erecto, laciniis aequalibus, una profundiore. *Piſt.* ſtigma ſimplex, emarginatum, non bifidum. *Recept.* villoſum. *Sem.* obovata, tetragona, pappo longo ſeſſili coronata.

† 1. *Carduus foliis decurrentibus haſtato-pinnatis ſpinoſis, laciniis divaricatis, calycibus ovatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo. L.* Carduus lanceatus latifolius. B. Speerdiſtel. Folia linearia, utrinque pinnulas breves divaricatas emittentia; flores purpurei; im Jaſchkenthal, loco humido, Julio.

2. *Carduus foliis ſpinoſis ſemidecurrentibus, floribus cernuis, ſquamis calycinis ſuperne patentibus. L.* Carduus ſpinoſiſſimus latifolius ſphaerocephalus vulgaris. B. Diſtel. Folia latiora & anguſtiora; flores purpurei, odorati; ad ſegetes & vias, Julio.

† 3. *Carduus foliis ſinuatis decurrentibus, margine ſpinoſis, floſculis aggregatis terminalibus nudis. L.*

*Polyg. aequal. tubulata.*

Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris. B. Flores purpurei; locis incultis & ad ſegetes, Jul. Auguſt.

4. *Carduus foliis pinnatifidis ſpinoſis ſeſſilibus, caule inermi, capitulis ſolitariis. L.* Carduus pratenſis, aſphodeli radice, latifolius. B. Flores purpurei; in der Ohra ad foſſam, Julio.

## 253. CNICUS.

*Cal.* ovatus, imbricatus, ſquamis ovatis, apice & margine ſpinoſis. *Cor.* compoſita corollulis aequalibus; propria infundibuliformis, limbo erecto, laciniis ſubaequalibus. *Piſt.* ſtigma oblongum, emarginatum. *Recept.* villoſum. *Sem.* pappoſa.

1. *Cnicus caule erecto, foliis inferioribus laciniatis, ſuperioribus integris concavis. L.* Carduus pratenſis latifolius. B. Folia ſpinoſa, ſuperiora flores tanquam involucrum cingunt. Flores albidi aut flaveſcentes. Calycis ſpinulae, dum flos explicatur, molles, poſtea rigidiores; flores plerumque tres conjuncti, laterales ſeſſiles, medius breviter pedunculatus; am Kupperdamm, im H. Brunnen, locis humidis, Julio.

## 254. ONOPORDUM.

*Cal.* ſubrotundus, ventricoſus, imbricatus, ſquamis aculeatis prominentibus. *Cor.* compoſita corollulis aequalibus; propria tubo tenuiſſimo, limbo ventricoſo, lacinia una profundius ſeparata. *Piſt.* ſtigma coronatum. *Recept.* nudum, punctatum, reticulatum. *Sem.* pappo ſimplici coronata.

1. *Ono-*

1. *Onopordum calycibus ſquarroſis, foliis ovato-oblongis ſinuatis. L.* Spina alba tomentoſa latifolia ſylveſtris. B. Loeſel. Wegdiſtel. Folia decurrentia, ſpinoſa, magna, lanugine obducta; flores purpurei; ad vias, & locis incultis, Julio. Hujus Varietas flore albo, iisdem locis. *Polyg. aequal. tubulata.*

## 255. CARLINA.

*Cal.* ventricoſus, imbricatus, ſquamis numeroſis, exterioribus apice & margine ſpinoſis, interioribus longis, nitidis, coloratis, florem coronantibus. *Cor.* compoſita corollulis aequalibus; propria tubo tenui, limbo campanulato. *Recept.* paleis diſtinctum. *Sem.* oblonga, pappo plumoſo.

1. *Carlina caule multifloro corymboſo, floribus terminalibus. L.* Cnicus ſylveſtris ſpinoſior. B. Dreydiſtel. Oelhafius, qui hujus plantae etiam meminit, ſynonyma minus convenientia adpoſuit; non enim eſt Acarna flore luteo patulo B. nec Carlina minor ſylveſtris Cluſii, aut Carlina Tabern. ſed Carlina ſylveſtris vulgaris Cluſ. & Heracantha Tab. Folia alterna, parva, lanceolata, ſpinoſa. Caulis laevis, rubens, plerumque duos emittit ramulos, ipſo altiores, quorum quilibet, ut & caulis, flore magno ſolitario terminatur; inde nomen germanicum. Calycis ſquamae interiores longiſſimae, flavae, florem ipſum mentiuntur, quem ſaltim ambiunt; in collibus hinter dem Grünen Hoſe, & aliis montibus incultis, parcius reperitur, Auguſto.

## 256. BIDENS.

*Cal.* foliolis oblongis, canaliculatis. *Cor.* compoſita aequalis; propria infundibuliformis.

*Polyg. aequal. tubulata.* *Recept.* paleis inſtructum. *Sem.* obtuſa, angulata, duabus paleis ſeu denticulis coronata.

† 1. *Bidens corollis floſculoſis, calycibus ſubfolioſis, ſeminibus erectis, foliis trifidis. L.* Cannabina aquatica, folio tripartito diviſo. B. Foliola lanceolata, laxe ſerrata. Folia ſuperiora ſimplicia; Calyx foliis ſimilibus cingitur. Flores ex fuſco lutei; ad foſſas & rivulos bey Emaus & alibi, Auguſt.

Species ſecunda, quae Cannabina aquatica folio non diviſo B. variat, dum nunc floſculis omnibus tubulatis, nunc radii ligulatis cernitur. Priorem non vidi, quae Bidens cornua L. eſt, licet ibi ſynonymum Eupatorii cannabini chryſanthemi Tabern. adponatur, quod tamen floribus ligulatis radii pingitur & deſcribitur. Poſterior Coreopſidis generi a Linnaeo adnumeratur, de quo in Polygamia fruſtranea.

## 257. EUPATORIUM.

*Cal.* oblongus, imbricatus, ſquamis lineari-lanceolatis, inaequalibus. *Cor.* compoſita corollulis quinque aequalibus; propria infundibuliformis. *Piſt.* ſtylus longiſſimus, ad ſtamina usque bifidus. *Recept.* nudum. *Sem.* oblonga, pappo longo ſimplici.

1. *Eupatorium foliis digitatis. L.* Eupatorium cannabinum. B. Kunigundenkraut. Folia partim ternata, foliolis lanceolatis ſerratis, partim ſimplicia. Caulis altus, ex viridi purpureus, ramoſus; flores corymboſi, numeroſi, anguſti, roſei aut carnei, odorati; ad aquas, im Jaſchkenthal, H. Brunnen & alibi, Jul. Aug.

B. Po-

## *B. Polygamia ſuperflua.* *Polyg. ſuperflua*

Flosculis hermaphroditis in diſco, femineis in radio, & quidem vel omnibus tubulatis, vel diſci tantum tubulatis, radii vero ligulatis. Prior corolla tubulata, poſterior radiata dicitur.

### *a. corolla tubulata.* *tubulata.*

Tanacetum. Artemiſia. Gnaphalium. Tuſſilago.

### 258. TANACETUM.

*Cal.* hemiſphaericus, imbricatus, ſquamis acutis, compactis. *Cor.* floſculi hermaphroditi numeroſi in diſco, feminei nonnulli in radio, limbo trifido. *Recept.* convexum, nudum. *Sem.* oblonga.

1. *Tanacetum foliis bipinnatis inciſis ſerratis. L.* Tanacetum vulgare luteum. B. Rejnfahrn. Folia pinnata, coſta intermedia denticulis ſeu laciniis brevibus folioſis utrinque ſtipata. Flores corymboſi, aurei, floſculis minoribus, numeroſis compoſiti. Planta odorata; im Stricß & alibi paſſim ad ſegetes & ſepes, im Werder copioſius, Auguſt.

### 259. ARTEMISIA.

*Cal.* ſubrotundus, imbricatus, ſquamis conniventibus, rotundatis. *Cor.* hermaphroditi plures in diſco, feminei floſculi petalis fere deſtituti in radio. *Piſt.* ſtylus femineis longior quam hermaphroditis. *Recept.* nudum, aut villoſum. *Sem.* nuda.

1. *Artemiſia foliis compoſitis multifidis, floribus ſubglobboſis pendulis, receptaculo villoſo. L.* Abſinthium

*Polyg. superflua tubulata.*

ponticum seu romanum officinarum seu Dioscoridis. B. Wermuth. Folia incana, flores lutei; im Prauſt, Zoppott, & aliis locis, Jul. Aug.

2. *Artemisia foliis pinnatifidis planis incisis, subtus tomentosis, racemis simplicibus, floribus ovatis, radio quinquefloro. L.* Artemisia vulgaris major. B. Beyfuß. Planta procera & nota. Caulis & flores rubri, interdum utrique albidi; ad sepes & agros, Jul. Aug.

3. *Artemisia foliis multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis. L.* Abrotanum campestre. B. Caules superne ramosi, rubentes aut albicantes, repentes & interdum erecti. Flores parvi lutescentes aut cinerei; locis siccis, ad viam hinter dem Gericht, & zwiſchen den Thoren, Auguſt.

† 4. *Artemisia foliis multipartitis tomentosis, racemis cernuis, flosculis femineis ternis. L.* Absinthium seriphium germanicum. B. Planta fruticescens, trunco brevi, crasso, ligneo; caules tamen plerumque tenues, annui, repentes; folia, laciniis linearibus, subtus incana; flores parvi, albescentes; apices ramulorum interdum capitati; an der See, Auguſt.

## 260. GNAPHALIUM.

*Cal.* rotundatus, imbricatus, squamis ovatis, conniventibus, superne laxioribus. *Cor.* hermaphroditae tubulatae, interdum feminis apetalis mixtae. *Recept.* nudum. *Sem.* oblonga, papposa.

1. *Gnaphalium caule simplicissimo, corymbo simplici terminali, sarmentis procumbentibus. L.* Gnaphalium montanum flore rotundiore. B. Gnaphalium montanum longiore & folio & flore. B. Katzenpfötlein. Folia tomentosa, albida, linearia, apice latiore, rotundato; caules humiles, flores rubri vel albi.

Species

Species haec dioica eſt; quaedam enim plantae ſolos hermaphroditos, nullos fe in os, aliae vero ſoles femineos floſculos proferunt; priores rotundiore, poſteriores longiore folio & flore donantur, hinc duae Bauhini ſpecies; in montibus incultis, Majo. *Polyg. ſuperflua tubulata.*

2. *Gnaphalium foliis lanceolatis, inferioribus obtuſis, caule herbaceo ſimpliciſſimo, corymbo compoſito. L.* Helichryſon ſive Stoechas citrina latifolia. B. Oelhafius loco hujus Stoechadem citrinam anguſtifoliam profert, quae caule fruticoſo ramoſo inſtructa, & hic non reperitur; noſtram ergo ſpeciem in animo habuit. Folia tomentoſa, alba; flores citrino ſplendente colore ſuperbiunt, interdum etiam aureo, quales reperi bey dem Bärenwinkel & alibi. Hujus pulcherrimas Varietates Jac. Breynius Cent. I. obſervavit, Chryſocomen germanicam flore igneſcente ſive ex aureo rutilante, & Chryſocomen germanicam flore ſanguineo. Haec noſtra ſpecies iisdem locis creſcit, ubi praecedens, in montibus vor dem Oliwiſchen Thor, in confinio ſylvae Jaſchkenthal, & alibi, Jul. Aug.

3. *Gnaphalium caule ſimpliciſſimo, floribus ſparſis L.* Gnaphalium majus, anguſto oblongo folio, alterum. B. Folia longa, tomentoſa; caulis erectus procerior; flores ex fuſco albidi, breviter pedunculati vel ſeſſiles, caulem longo ſatis ſpatio veſtiunt; im Jaſchkenthal, Auguſt.

† 4. *Gnaphalium paniculatum hirſutum. L.* Folia incana, linearia, longa; caulis ramoſus; flores praecedentibus ſimiles, in ramulis longe ſeſſiles; in montoſis, arenoſis, Auguſt, Sept.

5. *Gnaphalium caule erecto dichotomo, capitulis globoſis axillaribus terminalibusque. L.* Gnaphalium vulgare majus. B. Tota planta denſa lanugine tomentoſa & alba, in montibus, Jul. Aug.

Gna-

*Polyg. superflua tubulata.*

Gnaphalii flores non marceſcunt, ſed ſiccati nitorem cum colore conſervant, qui in ſquamis calycinis magis quam in ipſis flosculis haeret.

## 261. TUSSILAGO.

Hoc Genus medium quaſi tenet inter corollam tubulatam & radiatam. *Cal.* cylindraceus, ſquamis lanceolato-linearibus aequalibus. *Cor.* ſpec. 1. corollulis tubulatis hermaphroditis omnibus. 2. tubulatis in diſco, femineis nudis ſive apetalis in radio. 3. tubulatis in diſco, ligulatis in radio; tubulatae limbo quadrifido vel quinquefido, ligulatae anguſtiſſimae, apice integro. *Piſt.* ſtigma hermaphroditis craſſiuſculum, femineis bifidum. *Recept.* nudum. *Sem.* oblonga, compreſſa, pappo piloſo.

1. *Tuſſilago thyrſo ovato; flosculis omnibus hermaphroditis. L.* Petaſites major & vulgaris. B. **Peſtilenzwurz.** Folia magna, petiolata, cordata, crenata, a latere inferiori incana, poſt flores erumpentia. Caulis foliolis lanceolatis, floribus plurimis pedunculatis, rubris, denſe veſtitus; locis humidis, **zwiſchen Tempelburg und Mickau,** & alibi, April.

† 2. *Tuſſilago thyrſo faſtigiato, flosculis femineis nudis paucis. L.* Petaſites minor. B. Folia caulina latiora; flores pedunculis longioribus inſident, ex luteo albidi; **im Werder bey Käſemark, in der Nehring,** April.

3. *Tuſſilago ſcapo imbricato unifloro, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. L.* Tuſſilago vulgaris. **Roßhuf.** Folia minora, denſa lanugine obvelata; caulis albus, tomentoſus, foliolis anguſtis imbricatus; flos luteus, ſemina pappo longo, ſericeo, ſplendente inſtructa; **bey dem heiligen Brunnen** & alibi, Mart.

Mart. April. Majo, vere citius aut tardius adveniente. *Polyg. ſuperflua*

*b. corolla radiata.* *radiata.*

Erigeron. Senecio. Solidago. Inula. Bellis. Chryſanthemum. Matricaria. Anthemis. Achillea.

## 262. ERIGERON.

*Cal.* cylindraceus, imbricatus, ſquamis ſubulatis, erectis, gradatim longioribus. *Cor.* hermaphroditis infundibuliformis, feminis linearis, erecta, integra. *Recept.* nudum. *Sem.* parva, pappo longo.

1. *Erigeron pedunculis alternis unifloris. L.* Conyza coerulea acris. B. Caules erecti, rubri, hirſuti; folia tomentoſa, linearia, alterna; ex ala cujusvis folii pedunculus longus, flore unico terminatus; ſquamae calycis anguſtae, hirſutae; floſculi minuti, femineorum corolla ligulata anguſtiſſima, rufeſcens, aut coeruleſcens & quia citiſſime defloret, pappo longo mox ſuccedente, flos raro petaloſus, plurimum pappoſus cernitur; in montibus aridis, Junio, Julio.

† 2. *Erigeron caule floribusque paniculatis. L.* Folia lanceolata, anguſta, margine pilis longiuſculis ciliato. Flores albi, parvi, numeroſi, floſculorum femineorum corolla ligulata anguſtiſſima. Caulis pro ratione ſoli nunc humilior nunc elatior, interdum bicubitali major, ramoſus. Planta olim ex America boreali advectitia, nunc ſemine ſuo pappoſo ſe mire per Europam propagavit, nobis jam indigena & vulgatiſſima; in montibus, ad ſegetes, vias, ſepes, in hortis, & incultis. Jul. Aug.

263. SE-

*Polyg. ſuperfl. radiata.*

## 263. SENECIO.

*Cal.* conicus, truncatus, ſquamis ſubulatis, plurimis in cylindrum ſuperne contractum parallelis, paucioribus imbricatis baſin tegentibus, apicibus emortuis. *Cor.* hermaphroditis infundibuliformis, feminis oblonga, tridentata; quaedam ſpecies flosculis femineis deſtituuntur. *Recept.* nudum. *Sem.* ovata, pappo longo piloſo.

1. *Senecio corollis nudis, foliis pinnato-ſinuatis amplexicaulibus, floribus ſparſis. L.* Senecio minor vulgaris. B. Kreutzkraut. Planta nota, in hortis, oleraceis, & incultis per totum annum, tempeſtate miti, florens. Haec floſculis femineis caret.

2. *Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis viſcidis, ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii. L.* Senecio incanus pinguis. B. Oelhafius reperit bey Pitzkerdorf, Jun.

† 3. *Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticulatis, caule corymboſo erecto. L.* Senecio minor latiore folio ſive montana. B. Figura Tabern. folia minus accurate pingit, quae in icone Rupp. ab Hallero dato melius exprimuntur, ubi Jacobaea, ſenecionis folio incano, perennis, adpellatur. Folia caulina ſuperiora anguſta, pinnis linearibus denticulatis. Flores lutei; corolla feminea ligulata penitus revoluta eſt; ſquamae calycis baſin tegentes minimae; unweit dem heiligen Brunnen, Julio.

4. *Senecio corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis, laciniis lacinulatis, caule erecto. L.* Jacobaea vulgaris laciniata. B. Jacobskraut. Flores lutei majores; in montibus vulgaris, Julio.

† 5. *Senecio corollis radiantibus, foliis pinnatis, pinnis laciniatis, aut dentatis.* Differt a priore foliis majoribus

ribus & latioribus, vix lyratis, intenſius viridibus, tomentoſis, quandoque & glabris, floribus priori ſimilibus, ſed aureis. Sicut praecedens in montibus, ſic haec in campis humidis prope Viſtulam, & im Ellernwald auf der Saspe copioſe, Julio. *Polyg. ſuperfl. radiata.*

† 6. *Senecio corollis radiantibus, foliis incanis utrinque tomentoſis pinnatis alternis.* Pinnulae breves ſubdentatae, apice obtuſiores. Folia cum caule denſa lanugine alba veſtita. Flores prioribus ſimiles; ad agros prope Viſtulam, Julio. Has duas ſpecies determinare, ob dubia ſeſe ingerentia, minus audeo.

7. *Senecio corollis radiantibus, foliis enſiformibus acute ſerratis ſubtus ſubvilloſis, caule ſtricto. L.* Conyza paluſtris ſerratifolia. B. Caulis procerus, flores magni, hermaphroditi lutei, feminei albi longe ligulati; am Ende des Herbergiſchen Waldes, in humidis, Julio.

8. *Senecio corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis. L.* Virga aurea anguſtifolia ſerrata. B. Oelhafius Virgae aureae anguſtifoliae minus ſerratae meminit, ſed noſtram forte intelligit. Planta procera, folia ſalicis foliis ſimilia, flores lutei, majores; an der alten Rodaune unweit der guten Herberge, Auguſt. Septembr.

Senecionis ſpecies ſquamis calycinis apice fuſcis dignoſcuntur.

## 264. SOLIDAGO.

*Cal.* oblongus, imbricatus, ſquamis anguſtis, conniventibus. *Cor.* hermaphroditae infundibuliformes; femineae paucae, lanceolatae, tridentatae. *Recept.* nudum. *Sem.* oblonga, pappo capillari.

1. *Soli-*

*Polyg. ſuperfl. radiata.*

1. *Solidago caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. L.* Virga aurea latifolia ſerrata. B. Folia lanceolata, parum ſerratr; flores latei; in montoſis paſſim, Jul. Aug.

## 265. INULA.

*Cal.* imbricatus, foliolis laxis, patulis, exterioribus majoribus. *Cor.* hermaphroditae numeroſiſſimae, limbo erecto; femineae numeroſae, confertae, lineares, integrae. *Stam.* antherae quinque coalitae, uti in omnibus hujus Claſſis, ſed quaelibet inferne in duas ſetas deſinit, longitudine filamentorum. *Piſt.* ſtigmata bifida magis erecta. *Recept.* nudum. *Sem.* linearia, quadrangula, pappo ſimplici.

† 1. *Inula foliis lanceolatis ſerratis ſubamplexicaulibus, ſubtus villoſis, caule ramoſo erecto. L.* Conyza aquatica aſteris flore aureo. B. Folia anguſta, parum ſerrata. Flores in hac & ſequentibus lutei. Radii petala anguſtiſſima; auf der Saspe, Jul. Aug.

2. *Inula foliis oblongis, caule hirſuto paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. L.* Conyza media aſteris flore luteo, vel tertia Dioſcoridis. B. Folia ſubamplexicaulia, hirſuta. Radii petala paulum latiora; hinter Tempelburg, ad aquas, Auguſt. Oelhafius bis hujus plantae meminit. n. 97 & 99, ſicut ex ſynonymis adjectis patet.

3. *Inula foliis lanceolatis recurvis ſerrato-ciliatis, floribus ſolitariis, ramis angulatis. L.* After montanus luteus, ſalicis glabro folio. B. Oelhafius reperit bey Pitzkerdorf, Julio.

† 4. *Inula foliis lanceolatis ſemiamplexicaulibus hiſpidis, caulibus ſubunifloris teretibus. L.* After luteus hirſuto ſalicis folio. B. Folia ſcabra, parum ſerrata.

Caules

Caules plerumque unico fat magno flore terminantur, interdum alter ſerior adeſt; in ſylva horti Groddeckiani in der Ohra, Sept. *Polyg. ſuperfl. radiata.*

## 266. BELLIS.

*Cal.* foliolis lanceolatis, aequalibus, duplici ſerie poſitis. *Cor.* hermaphroditae numeroſae, infundibuliformes; femineae lanceolatae, vix tridentatae. *Piſt.* ſtigma hermaphroditis emarginatum, feminis bifidum. *Recept.* nudum, conicum. *Sem.* ovata, nuda.

1. *Bellis ſcapo nudo. L.* Bellis ſylveſtris minor. B. Marienblumen. Flos notus; im Jaſchkenthal, & alibi in campis, pratis; primo vere floret nec aeſtate aut autumno deeſt.

## 267. CHRYSANTHEMUM.

*Cal.* hemisphaericus, imbricatus, ſquamis interioribus gradatim majoribus, intimis in membranas pellucidas terminatis. *Cor.* hermaphroditae numeroſae, infundibuliformes; femineae oblongae, tridentatae. *Recept.* nudum, convexum, punctatum. *Sem.* oblonga, nuda.

1. *Chryſanthemum foliis amplexicaulibus oblongis, ſuperne ſerratis, inferne dentatis. L.* Bellis ſylveſtris caule folioſo major. B. Gänſeblum. Planta caulibus erectis, flores plerumque ſolitarios magnos proferentibus. Floſculi hermaphroditi lutei, feminei albi, longi; ad margines agrorum, in montibus & campis, Jun. Julio.

† 2. *Chryſanthemum foliis amplexicaulibus, ſuperne laciniatis, inferne dentato-ſerratis. L.* Bellis lutea, foliis profunde inciſis, major. B. Goldblum. Wucherblum. Flos totus luteus; inter ſegetes beym Strieß,

*Polyg. ſuperfl. radiata.*

Zoppott, & alibi; prope urbem parcius reperitur, Jul. Aug; Hujus Varietas, foliis integris dentatis, hinter dem grünen Hofe, & bey Pitzkendorf, Auguſt.

† 3. *Chryſanthemum foliis pinnatis inciſo-ſerratis, caule multifloro. L.* Tanacetum inodorum flore majore. B. Folia pinnulis anguſtioribus, tenuiter inciſis ornata; caules albi, tomentoſi; floſculi hermaphroditi lutei, feminei albi, ſpeciei primae ſimiles, ſed paulo minores; inter ſegetes montanas, Junio.

## 268. MATRICARIA.

*Cal.* hemisphaericus, ſquamis linearibus, imbricatis. *Cor.* hermaphroditae numeroſae, infundibuliformes; femineae oblongae, tridentatae. *Recept.* convexum, nudum. *Sem.* oblonga, nuda.

1. *Matricaria receptaculis hemisphaericis, radiis patentibus, ſeminibus coronato-marginatis, ſquamis calycinis margine obſoletis. L.* Chamaemelum vulgare, Leucanthemum Dioſcoridis. B. Romeyenblumen. Chamillen. Folia diviſa laciniis linearibus anguſtis. Floſculi hermaphroditi lutei, in formam convexam diſpoſiti, quae indies augetur, prout receptaculum magis elevatur. Floſculi feminei albi, patentes, poſtea defiexi. Flores odorati; inter ſegetes, praecipue im Werder, Junio & Jul.

Oelhafius Matricariam vulgarem inter Elencho addenda retulit, ſed haec non, niſi caſu, extra hortos floret. Meminit etiam Chamaemeli Chryſanthemi, ſed ſynonyma adpoſita incerta, nec omnia unicae plantae convenientia, ut dubium, qualem intelligat.

## 269. ANTHEMIS.

*Cal.* hemisphaericus, ſquamis linearibus. *Cor.* hermaphroditae numeroſae, infundibuliformes, femi-

femineae lanceolatae, interdum tridentatae. *Recept.* conicum, paleis inſtructum. *Sem.* oblonga, nuda. *Polyg. ſuperfl. radiata.*

1. *Anthemis receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. L.* Chamaemelum inodorum. B. Cotula non foetida. Dod. Folia cum floribus Chamaemelo vulgari ſimilia, a quo fere non differt, niſi floribus paulo majoribus, non odoratis, & receptaculo non nudo ſed paleis diſtincto; inter ſegetes, & locis incultis, Julio.

† 2. *Anthemis receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. L.* Chamaemelum foetidum. B. Cotula foetida. Dod. a priori vix differt, niſi figura ſeminum; iisdem locis, Jul.

† 3. *Anthemis foliis bipinnatis ſerratis, ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. L.* Buphtalmum Tanaceti minoris foliis. B. Chryſanthemum foliis Tanaceti. Loeſel. Pinnulae lineares, anguſtae, acute ſerratae; caulis folioſus; flos totus luteus, Chryſanthemi ſpec. 2dae ſimilis, ſed flores ligulati breviores; in montibus hinter dem Herbergiſchen Walde, & alibi paſſim, Julio.

## 270. ACHILLEA.

*Cal.* oblongo-ovatus, imbricatus, ſquamis acutis, conniventibus. *Cor.* hermaphroditae plures, infundibuliformes; femineae obcordatae, trifidae, lacinula media minore. *Piſt.* hermaphroditis ſtigma obtuſum emarginatum, feminis bifidum. *Recept.* conico-oblongum, paleis lanceolatis, longitudine floſculorum, tectum.

1. *Achillea foliis lanceolatis acuminatis argute ſerratis. L.* Dracunculus pratenſis ſerrato folio. B. Ptarmica vulgaris. Cluſ. Caules folioſi, diviſi; flores

*Polyg. ſuperfl. radiata.* corymboſi; floſculi hermaphroditi ſordide albi aut cinerei, feminei candidi; auf der Saspe, Jul. Auguſt.

2. *Achillea foliis bipinnatis nudis, laciniis linearibus dentatis. L.* Millefolium vulgare album. B. Schafgarbe. Folia ſubtiliſſime diviſa, longa; ſquamae calycinae margine fuscae; flores fere cymoſi, albi, feminei interdum rutili; in montibus, pratis, ad vias, Jun. Jul.

*Polyg. fruſtran.*

## C. *Polygamia fruſtranea.*

Flosculis hermaphroditis in diſco, neutris in radio: Coreopſis. Centaurea.

### 271. COREOPSIS.

*Cal.* duplex, foliolis interioribus majoribus. *Cor.* radiata, corollulae tubulatae numeroſae in diſco, ligulatae octo in radio, ſteriles. *Recept.* paleis inſtructum. *Sem.* obtuſa, apice bicorni.

1. *Coreopſis foliis lanceolatis ſerratis oppoſitis amplexicaulibus. L.* Cannabina aquatica folio non diviſo. B. Eupatorium cannabinum chryſanthemum. Tabern. Haec eſt illa Bidentis ſpecies varians, quae vel floſculis omnibus hermaphroditis tubulatis, vel diſci tantum, radii vero ligulatis neutris conſpicitur. Prior ad Bidentes, poſterior huc pertinet, ubi hac tantum conditione a Linnaeo collocatur, ſi obſervationibus evincatur, notam hanc conſtantem eſſe, alias enim ceu varietas Bidentis cernuae illuc ableganda. Floſculi tubulati fuſci, ligulati aurei coloris; ad foſſas & rivulos cum Bidente permixta copioſe floret, Auguſt. Septemb.

272. CEN-

## 272. CENTAUREA. *Polyg. fruſtran.*

*Cal.* imbricatus, rotundus, ſquamis varie terminatis. *Cor.* tubulata, difformis. Corollulae hermaphroditae plures in diſco, tubo filiformi, limbo ventricoſo, laciniis erectis. Corollulae neutrae pauciores in radio, tubo tenui recurvo, ſenſim ampliato, limbo magno, inaequaliter diviſo. *Recept.* ſetis inſtructum. *Sem.* pappoſa.

1. *Centaurea calycibus ſerratis, foliis linearibus integerrimis, infimis dentatis. L.* Cyanus ſegetum. B. **Kornblum.** Flos notiſſimus, inter ſegetes flore coeruleo tantum, licet in hortis variis coloribus gaudeat; memini tamen, flore purpureo inter ſegetes aliquando vidiſſe; floret Junio.

2. *Centaurea calycibus pinnatis, ſquamula ovata, ciliis capillaribus erectis. L.* Jacea nigra laciniata. B. Folia inferiora ad baſin pinnata, ſuperiora integra, ſerrata. Squamae calycis nigrae, & longis ciliis pinnatae. Flores purpurei; in montibus **hinter dem grünen Hofe,** Auguſt.

† 3. *Centaurea calycibus margine ciliatis, foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis. L.* Scabioſa major ſquamatis capitulis. B. Folia omnia pinnata. Squamae calycis virides, margine & apicibus fuſcis, breviter ciliatis. Flores ex purpura ſubrubentes; in montibus paſſim, Jul. Aug.

4. *Centaurea calycibus ſquamoſis, foliis lanceolatis, radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis. L.* Jacea nigra pratenſis latifolia. B. Folia inferiora profundis ſinubus notata, apice ovato integro ſerrato; ſuperiora lanceolata, margine obſolete ſinuato. Squamae calycis integrae, membranaceae, albidae. Flores rubri; in montibus **hinter dem Herbergiſchen Walde,** & alibi, Auguſt. Centaurea erucifolia. L. Stoebe major foliis erucae mollibus la-

*Polyg. fruſtran.* nuginoſis. B. cujus Oelhafius meminit, non eſt indigena.

Flosculi neutri Coreopſidis & Centaureae, licet germini inſideant, tamen abortiunt & ſteriles evadunt, quia nec ſtylo nec ſtigmate inſtructi. Plantae hujus Claſſis hactenus expoſitae a Tournefortio & aliis in tres dividuntur, floribus flosculoſis, ſemiflosculoſis & radiatis. Prior plantas floſculis omnibus tubulatis, media omnibus ligulatis, & ultima eas comprehendit, quae diſco tubulatae, radio ligulatae ſunt.

*Monogamia.*

## *D. Monogamia.*

Floribus ſimplicibus: Viola. Impatiens.

### 273. VIOLA.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis ovato-oblongis, ſupra baſin affixis, varie diſpoſitis. *Cor.* pentapetala, petalis inaequalibus, quorum ſupremum baſi in Nectarium corniculatum obtuſum deſinit. *Stam.* filamenta quinque minima, antherae connexae, obtuſae. *Piſt.* ſtylus filiformis, ſtigma vel hamatum, vel concavum, apice perforato. *Peric.* capſula ovata, trigona, trivalvis. *Sem.* plura, ovata, adpendiculata.

1. *Viola acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. L.* Viola martia purpurea, flore ſimplici odoro. B. Blaue Violen. auf dem Wall, Mart. April.

2. *Viola caule demum adſcendente, foliis oblongo-cordatis. L.* Viola martia inodora ſylveſtris. B. Flores majores, pallidiores, ſeriores; in ſylvis, Majo.

3. *Viola*

3. *Viola caule triquetro diffuso, foliis oblongis incisis, stipulis dentatis. L.* Viola bicolor arvensis. B. Floribus albis & luteis, aut coeruleis & luteis; in montibus vor dem Olivischen Thor & alibi, Majo; auf der Saspe in arena usque ad littus maris hanc Violam florentem reperi, Augusti. Viola tricolor, Dreyfaltigkeitsblum, & bicolor floribus coeruleis & purpureis, blaue Sorge, cujus Oelhafius meminit, in hortis reperiuntur. *Monogamia.*

## 274. IMPATIENS.

*Cal.* diphyllus, minimus, foliolis subrotundis, acuminatis, coloratis. *Cor.* pentapetala, inaequalis, labiata; petalum summum erectum, planum, subrotundum; infima reflexa, maxima, irregularia; intermedia opposita. Nectarium in cornu recurvum desinens. *Stam.* quinque brevissima, antherae connatae. *Pist.* germen ovatum, stylus nullus, stigma simplex. *Peric.* capsula unilocularis, quinquevalvis, elastice dissiliens. *Sem.* plura, subrotunda.

1. *Impatiens pedunculis multifloris solitariis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. L.* Balsamina lutea, sive Noli me tangere. B. Springkraut. Caules erecti, folia magna, serrata, flores lutei, satis magni, sed teneri; reperi florentem loco umbroso & humido, in Karlkau, Julio.

# Classis XX.

## GYNANDRIA.

Staminibus cum pistillo cohaerentibus, suntque vel Diandria, vel Polyandria.

*Diandria.*

### A. Diandria.

Corolla florum pentapetala est, & nectario aucta. Germen oblongum, contortum, stylus breviſſimus, labio superiori nectarii adnatus, ut vix cum stigmate suo distingui possit. Stamina filamentis duobus breviſſimis pistillo insident, antheras totidem ferentia, labio superiore nectarii tectas. Pericarpium capsula est oblonga, uniloculares, trivalvis. Genera huc pertinentia sunt: Orchis. Ophrys. Serapias. Cypripedium.

### 275. ORCHIS.

*Cal.* nullus, germen florem sustinens. *Cor.* petala tria exteriora, duo interiora, sursum in galeam conniventia. Nectarium receptaculo adfixum, labio superiore breviſſimo, inferiore magno, patente, tubo pendulo corniformi. *Pist.* stigma compressum, obtusum. *Sem.* numerosa, minima.

1. *Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longiſſimo, petalis patentibus. L.* Orchis alba bifolia minor, calcari oblongo. B. Nachtſchatten nobis. Folia duo plerumque, ovata, venis

venis longitudinalibus distincta. Caulis unicus, simplex, brevibus foliolis vestitus, quae & flores distinguunt & tum spathae dicuntur. Characteres hi & sequentibus speciebus communes. Flores plures albi, noctu odoratissimi; ex sylvis & pratis remotioribus copiose urbem adportantur, Majo, Junio; & propius reperiuntur hinter dem Grünen Hose & alibi; bey Karlkau in pratis Julio adhuc in flore conspexi.

2. *Orchis bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido crenulato, cornu obtuso.* L. Orchis morio mas, foliis maculatis. B. Folia linearia, oblonga, maculis fuscis adsperfa. Flores purpurei, longe spicati. Hujus Varietates: Orchis foliis sessilibus non maculatis. B. & Orchis morio femina. B. Flore purpureo, vel carneo, aut variegato; hinter dem Grünen Hose & alibi in pratis, Junio.

3. *Orchis bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breviore, labio plano, petalis dorsalibus erectis.* L. Orchis palmata pratensis maculata. B. Floris colores variant, rubri vel albi, aut maculati; cum priore iisdem locis.

4. *Orchis bulbis palmatis, nectarii cornu setaceo germinibus longiore, labio crenato.* L. Orchis palmata minor calcaribus oblongis. B. Flores rubri; hinter dem Grünen Hose.

5. *Orchis petalis duobus lateralibus sursum flexis, tribus conniventibus, labio plano trifido, cornu obtuso.* Flores ex albo & purpureo variegati. Petalorum situs fere cum Orchide latifolia Linn. convenit, nisi quod nectarii labium planum, quod illic lateribus reflexum, & cornu obtusum, quod illic conicum. Radicem non vidi.

Oelhafius Orchidis genus profert, sed species non distinguit.

Diandria.

## 276. OPHRYS.

*Cal.* nullus, germen florem proferens. *Cor.* petala oblonga, ſurſum conniventia, duo exteriora. Nectarium dependens, poſtice carinatum. *Piſt.* ſtigma obſoletum. *Peric.* capſula ſtriata, trigona. *Sem.* numeroſa, ſcobiformia.

1. *Ophrys bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato, nectarii labio bifido. L.* Orchis abortiva fuſca. B. Folia nulla. Caulis ſimplex ſpathis vagis. Tota planta fuſca; im Herbergiſchen Wald, Majo.

2. *Ophrys bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido. L.* Ophrys bifolia. B. Zweyblatt. Folia tantum duo, interdum tria; flores albidi. Oelhafius in montibus vicinis reperit, ubi hodie non videtur, floret Junio.

† 3. *Ophrys bulbo rotundo, caule nudo, folio ovato, nectarii labio integro. L.* Ophrys monophyllos bulboſa. Loeſel. Monorchis ophiogloſſoides unifolia. & Monorchis ophiogloſſoides altero foliolo radici adnato. Menzelius pug. rar. plant. hanc ſpeciem cum varietate ſua profert, quas circa Gedanum collegerat.

## 277. SERAPIAS.

*Cal.* nullus, germen florem ſuſtinens. *Cor.* petala quinque ſurſum conniventia. Nectarium ovatum, gibbum, baſi excavatum, trifidum. *Piſt.* ſtigma obſoletum. *Peric.* capſula obtuſe trigona. *Sem.* numeroſa, ſcobiformia.

1. *Serapias bulbis fibroſis, nectarii labio obtuſo crenato, petalis breviore. L.* Helleborine latifolia montana. B. Folia inferiora ovata, ſtriata, amplexicaulia, ſuperiora oblonga, ſpathae vagae. Caulis ſimplex, flores albidi; in umbroſo & humido loco

in

in Karlfau, Julio. Hujus Varietas: Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens. B. Folia oblonga, anguſta, flores purpurei. Oelhafius reperit im Walde bey Lappin. *Diandria.*

## 278. CYPRIPEDIUM.

*Cal.* nullus, germen florem ſuſtinens. *Cor.* petala quatuor lanceolata, longiſſima, patentia. Nectarium calceiforme, brevius, inflatum, cavum, labio ſuperiore parvo, plano, inflexo. *Pericarp.* capſula obtuſe trigona. *Sem.* numeroſa, minima.

1. *Cypripedium radicibus fibroſis, foliis ovato-lanceolatis caulinis. L.* Helleborine flore rotundo, ſive Calceolus. B. Frauenſchuh. Folia conferta, caulis ſimplex, flos vel unicus, vel duo aut tres, petala purpurea ſive ferruginea, nectarium luteum. Oelhafius reperit im Walde bey Lappin, und im Hohen Waſſer, Majo, Junio.

## *B. Poliandria.* *Polyandria.*

## 279. CALLA.

*Cal.* Spatha ovato-cordata, acuminata, maxima, patens, ſuperne colorata. *Cor.* nulla. *Stam.* filamenta nonnulla, germinibus intermixta, compreſſa, antherae truncatae, ſeſſiles. *Piſt.* germen obtuſum, ſtylus breviſſimus, ſtigma acutum. *Peric.* bacca tetragono-globoſa, unilocularis. *Sem.* plura, oblonga, obtuſa.

1. *Calla foliis cordatis, ſpatha plana, ſpadice undique hermaphrodito. L.* Dracunculus paluſtris ſive radice arundinacea. B. Folia magna, radicalia, longis petiolis fulta. Caulis ſive ſpadix ſimpliciſſimus, ſtaminibus & piſtillis mixtis tectus. Spatha ſpadice major, lata, ſuperne alba. Baccae rubrae. Junio flores, Aug. Sept. baccae matureſcunt; im Ellernwald auf der Saspe copioſe, in paluſtribus.

Clas-

# Classis XXI.

## *MONOECIA.*

Floribus masculis & femineis distinctis, in eadem planta locatis, staminibus duobus, tribus, quatuor, quinque, aut plurimis, aut filamentis, aut antheris connatis, hinc Diandria, Triandria, Tetrandria. Pentandria. Polyandria. Monadelphia. Syngenesia.

*Diandria.*

### *A. Diandria.*

#### 280. LEMNA.

Flos masculus. *Cal.* subrotundus, latere dehiscens. *Cor.* nulla. *Stam.* filamenta subulata, incurva, antheris didymis, globosis. Adest etiam germen cum brevi stylo, sed sterile & abortiens. Flos femineus. *Cal.* ut in masculo. *Cor.* nulla. *Pist.* germen subovatum, stylus brevis, stigma simplex. *Peric.* capsula globosa, unilocularis. *Sem.* oblonga.

1. *Lemna foliis sessilibus, utrinque planiusculis, radicibus solitariis. L.* Lenticula palustris vulgaris. B. Wasserlinsen. Entenfleot. Planta minima; unico rotundo folio, aquae innatante, & subtilissima radicula in aquam penetrante & tuberculo conico terminata, constans. Huic folio a latere plura folia adnascuntur, & sic planta multiplicatur, donec tota aquae superficies ubique tecta. Fructificationis partes, hic secundum Linnaeum descriptae, oculo

oculo nudo invisibiles, & ab aliis in dubium vocatae; in stagnis & fossis vulgatissima. *Diandria.*

† 2. *Lemna foliis petiolatis lanceolatis. L.* Lenticula aquatica trisulca. B. Haec caulem gerit pluribus foliis vestitum, & fructificationis partes majores. Sub aquis stagnantibus habitat.

## *B. Triandria.* *Triandria.*

Staminibus tribus: Typha. Sparganium. Carex.

### 281. TYPHA.

Florum masculorum *Cal.* amentum commune cylindraceum, densissimum; perianthium proprium triphyllum, setaceum. *Cor.* nulla. *Stam.* filamenta capillaria, antherae oblongae, pendulae. Femineorum *Cal.* amentum commune compactissimum, culmum undique cingens, sub amento masculorum situm; calyx proprius capilli papposi. *Cor.* nulla. *Pist.* germen ovatum, stylus subulatus, stigma capillare. *Pericarp.* nullum; fructus numerosi cylindrum constituunt. *Sem.* solitaria, ovata, setae insidentia, stylo persistente instructa, & capillis papposis, calycis vice fungentibus, cincta.

1. *Typha foliis subensiformibus, spica masculaque feminea approximatis. L.* Typha paluſtris major. B. **Narrenkolben.** Planta procera, foliis longis subtriquetris. Culmus apice terminatur floribus numerosis masculis, densissime spicatis; ubi hi desinunt a floribus femineis excipiuntur, pari modo culmum cingentibus. Post floreſcentiam spica masculа superior marceſcit, decidit, inferior seu feminea augetur, & fusca, tandem ubi matura, nigra,

*Triandria.*

nigra, mollis, cylindrica, crassa evadit; in aquis stagnantibus hinter dem grünen Hofe, & alibi, Junio floret.

## 282. SPARGANIUM.

Flores masculi numerosi in capitula quaedam collecti. *Cal.* amentum commune subrotundum, densissime imbricatum; perianthium proprium triphyllum, lineare, deciduum. *Cor.* nulla. *Stam.* filamenta capillaria, antherae longae. Flores feminei in capitula collecti. *Cal.* receptaculum commune subrotundum. *Cor.* nulla. *Pist.* germen ovatum, stylus brevis, stigmata duo, acuta, persistentia. *Peric.* drupa exsucca, turbinata. *Sem.* nuces duae osseae, angulatae.

1. *Sparganium foliis erectis triquetris. L.* Sparganium ramosum. *B.* Igelsknospen. Capitula floribus masculis in summitate caulis, floribus femineis infra haec sita, omnia sessilia; in fossis am Kupferdamm & alibi, Julio.

## 283. CAREX.

Flores masculi in spicam digesti. *Cal.* amentum oblongum, imbricatum, squamis constans unifloris, concavis. *Cor.* nulla. *Stam.* filamenta setacea, antherae lineares. Flores femineorum *Cal.* amentum ut in masculis. *Cor.* nulla; nectarium tamen adest oblongum, inflatum, bidentatum. *Pist.* germen triquetrum intra nectarium, stylus brevissimus, stigmata duo vel tria, subulata, longa, incurva, pubescentia. *Peric.* nullum. *Sem.* unicum, triquetrum, in nectario aucto.

† 1. Ca-

Triandria.

† 1. *Carex ſpica compoſita, ſpiculis androgynis, inferioribus remotioribus, foliolo longiori inſtructis, culmo triquetro. L.* Gramen cyperoides ſpica ſimplici compreſſa diſticha. Scheuchz. Gramen cyperoides minus repens, ſpica diviſa. Loeſel. Folia canaliculata. Spica brevis, fuſca, ex ſpiculis paucis compoſita, quarum infima in ſinu folii longi, reliquae in ſinu brevis folioli ſeſſiles, aut plerumque nudae. Flores maſculi & feminei in eadem ſpica; in littore arenoſo an der See, Julio.

† 2. *Carex ſpiculis ſubovatis ſeſſilibus remotis androgynis, capſulis acutis divergentibus ſpinoſis. L.* Gramen nemoroſum, ſpicis parvis aſperis. B. Folia carinata. Spica brevis, ex ſpiculis aliquot remotis ex viridi & fuſco variis compoſita, quarum quaelibet in ſinu ſquamulae anguſtiſſimae, in breve & tenuiſſimum foliolum terminatae, ſita eſt. Flores maſculi & feminei in eadem ſpica; ad foſſas bey dem Grünen Hofe, Majo.

† 3. *Carex ſpicis remotis, femineis ſubſeſſilibus, capſulis hirtis. L.* Gramen ſpicatum foliis & ſpicis hirſutis mollibus. B. Folia hirſuta. Flores maſculi & feminei in diverſis ſpicis. Spicae maſculae tres, ſeſſiles, remotae; ſuprema in apice caulis; ſecunda minor, inferior; tertia infima, primae ſimilis; omnes ſubfuſcae & pilis albicantibus hirſutae, in ſinu ſquamularum ſitae; foemineae binae, inferiores, magis remotae, in ſinu foliorum longiſſimorum ſubſeſſiles, virides; ad viam arenoſam bey dem Gericht, Majo.

† 4. *Carex ſpicis linearibus erectis, maſcula breviore inferioreque, bracteis aphyllis, capſulis diſtantibus. L.* Gramen caryophyllatum montanum, ſpica varia. B. Gramen caryophyllatum polycarpon, fructu triangulo. Loeſel. Folia carinata, glabra. Spica maſcula ex ſpadiceo & albicante varia. Spicae femineae ex fuſco viridantes, ſquamulis conſtant concavis

*Triandria.*

cavis apice obtusis, ex ala squamae latae & brevis prodeuntes. Spica suprema feminea est, secunda mascula, tertia & quarta, si haec adest, feminea. Fructus triangularis hanc speciem, quae inter minores est, ab aliis distinguit, im Herbergischen Walde, Majo.

† 5. *Carex spicis femineis sessilibus subsolitariis ovatis masculae approximatis, culmo nudo, seminibus glabris. L.* Gramen spicatum angustifolium montanum. B. Folia striata, carinata. Culmus subtriquetrus. Spica suprema mascula, ex fusco rubens; spicae femineae, una vel duae, fuscae. Ex minoribus speciebus est, & in montibus floret Aprili, Majo.

† 6. *Carex spicis masculis pluribus, femineis subsessilibus, capsulis obtusiusculis. L.* Carex nigra verna vulgaris. L. Fl. Lapp. Folia carinata, glauca. Spicae superiores masculae, inferiores femineae, ex nigro luteae; numerus variat. Spica intermedia quandoque a parte superiore mascula, ab inferiore feminea est, quod & in aliis speciebus obtinet; in siccioribus bey dem heiligen Brunnen, & alibi. Hujus Varietas: Carex spicis masculis superioribus numerosis, femineis inferioribus, intermedia unica androgyna. Royen. Gramen cyperoides latifolium spica ruffa, sive caule triangulo. B. Species procera, foliis longis, carinatis, asperis. Spicae masculae tres aut quatuor, femineae tres plerumque, ex ala folii longissimi prodeuntes, dum florent masculis angustiores, postea dilatatae, squamulis fuscis, medio viridantibus; in aquis, im heiligen Brunnen & alibi vulgaris, Majo.

† 7. *Carex spicis pendulis, pedunculis geminatis. L.* Gramen cyperoides spica pendula breviore. B. Folia carinata, aspera. Spica suprema mascula, pallida. Spicae femineae plerumque quatuor, virides, brevi intervallo a mascula remotae, singulae ex ala folii anguſti longissimi prodeuntes, pedunculis

culis longis pendulae; im Ellernwald auf der Easpe, Julio. Hujus Varietatem ſpicis brevioribus & pedunculis brevibus inſidentibus, adeoque vix pendulis, eodem loco in paludoſis reperi. *Triandria.*

† 8. *Carex panicula denſa, ſpicis androgynis.* Gramen cyperoides ſpica longiore laxa. Scheuchz. Folia longa, canaliculata, aſpera. Culmus triquetrus. Panicula ramulis pluribus componitur, quibus ſpiculae breves, craſſae, fuſcae, plures inſident; in paludoſis bey Karlfau, Junio.

† 9. *Carex panicula, anguſta, ſpiculis androgynis.* Cyperoides paluſtre ſpica laxa minus. Scheuchz. Folia canaliculata, aſpera. Culmus triquetrus. Panicula ramulis conſtat alternis erectis; quibus ſpiculae plures, breves, ferrugineae adpreſſae. In hac & praecedente ſpecie flores maſculi in ſuperiore, feminei in inferiore parte ſpicularum reperiuntur; in palude bey dem H. Brunnen, Majo.

† 10. *Carex ſpica ſuprema maſcula, femineis in ala folii brevis & tenuis ſeſſilibus, ſuperne ſoepe maſculis.* Spica maſcula fuſca, foemineae tres plerumque, virides, quarum ſquamulae ſuperiores ſoepe flores maſculos continent; in paludoſis, Majo. Hujus Varietas, in omnibus minor.

† 11. *Carex ſpica ſuprema maſcula, femineis in ala folii longiſſimi ſeſſilibus.* Spicae femineae tres, anguſtiores, fuſcae; in paludibus, Majo.

† 12. *Carex ſpicis ſupremis maſculis, obtuſis, femineis pedunculatis, erectis, ex ala folii longiſſimi prodeuntibus.* Spicae maſculae quatuor, fuſcae, apice latiore; femineae tres aut plures, fuſco-virides, lineares; in paludibus, Majo.

† 13. *Carex ſpica ſuprema maſcula, femineis ovatis ſeſſilibus.* Haec ex minoribus eſt. Spica maſcula lutea, femineae duae aut tres, breves, ovatae, lu-

*Triandria.*

teo-fuscae, quarum infima ex ala folioli longioris tenuis prodit; in paludibus, Majo. Hae quatuor Caricisspecies cum aliis Auctorum conferendae & certius determinandae.

*Tetrandria.*

## C. *Tetrandria.*

Staminibus quatuor: Betula. Urtica.

### 284. BETULA.

Flores masculi. *Cal.* amentum commune, laxum, imbricatum, cylindricum, squamis trifloris constans. *Cor.* monopetala, quadripartita, minima, patens. *Stam.* minima, antherae didymae. Flores feminei. *Cal.* amentum commune imbricatum, squamis tribus ubique oppositis, bifloris, concavis, brevibus. *Cor.* nulla. *Pist.* germen minimum, styli duo, stigmata simplicia. *Peric.* nullum. *Sem.* solitaria, ovata, sub squamis amenti latentia.

1. *Betula foliis ovatis acuminatis serratis. L.* Betula. B. Birke. Cortex albus, rami penduli; in sylvis vicinis rarius, in remotioribus copiosius reperitur, floret Majo aut Junio.

2. *Betula pedunculis ramosis. L.* Alnus rotundifolia glutinosa viridis. B. Ellernbaum. Folia ovata, fere rotunda, margine sinubus obsoletis notato; in palustribus & ad ripas fluminum; auf dem Holm und auf der Saspe sylvae non nisi hac arbore constantes; floret Martio.

### 285. URTICA.

Flores masculi. *Cal.* tetraphyllus, foliolis concavis, obtusis. *Cor.* nulla, nectarium minimum

mum in centro floris. *Stam.* ſubulata, antherae biloculares. Flores feminei. *Cal.* concavus, ovatus, bivalvis. *Cor.* nulla. *Piſt.* germen ovatum, ſtylus nullus, ſtigma villoſum. *Peric.* nullum. *Sem.* unicum, ovatum. *Tetrandria.*

1. *Urtica foliis oppoſitis ovalibus. L.* Urtica urens minor. B. kleine Brennneſſel. ad ſimeta & inculta, & in oleraceis; per aeſtatem floret.

2. *Urtica foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. L.* Urtica urens maxima. B. groſſe Brennneſſel. Haec flores maſculos & foemineos in diſtincta planta gerit, adeoque ad Dioecia pertinet; ad ſepes & in convallibus montium aeſtate floret.

## D. *Pentandria.* *Pentandria.*

Staminibus quinque.

### 286. XANTHIUM.

Flores maſculi compoſiti. *Cal.* communis imbricatus, ſquamis tenuibus, pluribus. *Cor.* compoſita in hemisphaerium digeſta, propria tubuloſa, infundibuliformis, quinquefida. *Stam.* minima, antheris erectis. Flores feminei duplicati, infra maſculos. *Cal.* involucrum biflorum, diphyllum, foliolis trilobis. *Cor.* nulla. *Peric.* bacca ſicca, bilocularis, aculeis uncinatis tecta. *Sem.* ſolitaria, oblonga.

1. *Xanthium caule inermi. L.* Lappa minor, Xanthium Dioſcoridis. B. kleine Klette. Folia eroſa, ſive ſinuata margine aliis minoribus ſinubus notato, ad vias, vor dem hohen Thor, im Schottland am Damm & alibi, Julio.

Polyandria.

## E. Polyandria.

Staminibus pluribus: Myriophyllum. Sagittaria. Quercus. Fagus. Carpinus. Corylus.

### 287. MYRIOPHYLLUM.

Flores masculi. *Cal.* tetraphyllus foliolis oblongis, inaequalibus. *Cor.* nulla. *Stam.* octo, capillaria, flaccida, antherae oblongae. Flores feminei infra masculos. *Cal.* ut in masculis. *Cor.* nulla. *Pist.* germina quatuor, styli nulli, stigmata pubescentia. *Peric.* nullum. *Sem.* quatuor, oblonga.

† 1. *Myriophyllum floribus masculis interrupte spicatis. L.* Millefolium aquaticum pennatum spicatum. B. Folia verticillata, pinnata, pinnulis filiformibus. Flores masculi versus apicem caulis, feminei sessiles, per intervalla cauli adnati, inferiores remotiores. Planta in aquis nascens, floribus saltim prominentibus; im Bärenwinkel, Julio.

### 288. SAGITTARIA.

Flores masculi plures, superiores. *Cal.* triphyllus, foliolis concavis, ovatis. *Cor.* petala tria subrotunda, obtusa, patentia. *Stam.* plurima, subulata, antherae erectae. Flores feminei pauciores, inferiores. *Cal.* & *Cor.* ut in masculis. *Pist.* germina numerosa, styli breviſſimi, stigmata acuta. *Peric.* nullum. *Sem.* numerosa, oblonga, compressa, in globum collecta.

1. *Sagittaria foliis sagittatis acutis. L.* Sagitta aquatica minor latifolia. B. Pfeilkraut. Folia venosa, sagittaeformia, tribus angulis acutis; flores albi; in der Moldau, & alibi in aquis, Julio.

289.

## 289. QUERCUS.

*Polyandria.*

Flores maſculi in amentum digeſti. *Cal.* monophyllus quinquefidus vel quadrifidus. *Cor.* nulla. *Stam.* plura breviſſima, antherae magnae didymae. Flores foeminei in gemma ſeſſiles. *Cal.* hemisphaericus, integerrimus, ſcaber, minimus. *Cor.* nulla. *Piſt.* germen minimum, ſtylus quinquefidus, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* nullum. *Sem.* nux ovalis glabra, cruſtra coriacea ſcabra verſus baſin tecta.

1. *Quercus foliis deciduis oblongis ſuperne latioribus, ſinubus acutioribus angulis obtuſis. L.* Quercus cum longo pediculo, B. Eiche; in ſylvis, Junio.

## 290. FAGUS.

Flores maſculi receptaculo amentaceo affixi. *Cal.* campanulatus, quinquefidus, *Cor.* nulla. *Stam.* plura, ſetacea, antherae oblongae. Flores feminei in gemma. *Cal.* quadridentatus, acutus. *Cor.* nulla. *Piſt.* germen calyce tectum, ſtyli tres, ſtigmata reflexa. *Peric.* calyx in capſulam mutatus maximam, unilocularem, quadrivalvem, ſpinis mollibus obſitam. *Sem.* nuces duae, ovatae, triquetrae, trivalves.

† 1. *Fagus foliis ovatis obſolete ſerratis. L.* Fagus. B. Buche. Folia glabra, nitida; in ſylvis copioſe, Junio.

## 291. CARPINUS.

Flores maſculi in amentum cylindraceum digeſti, laxe imbricatum, conſtans ſquamis unifloris, ovatis, concavis, ciliatis, quae loco *Cal.* proprii.

*Polyandria.*

*Cor.* nulla. *Stam.* decem, minima, antherae didymae, villosae. Flores feminei in amentum oblongum digesti, laxe imbricatum, constans squamis unifloris, villosis, lanceolatis, quae loco *Cal.* proprii. *Cor.* calyciformis, sexfida, laciniis duabus majoribus. *Pist.* germina duo, brevissima, singulis styli duo, longi, capillares, colorati, stigmata simplicia. *Peric.* nullum; squamae amenti maximae foliaceae factae, in sinu semen fovent. *Sem.* nux ovata, angulosa.

† 1. *Carpinus squamis strobilorum planis. L.* Ostrya ulmo similis, fructu in umbilicis foliaceis. B. Hagebüchen. Folia ovata, acuta, venosa, serrata; in sylvis copiose, Majo.

## 292. CORYLUS.

Flores masculi digesti in amentum longum, imbricatum, constans squamis unifloris, trifidis, lacinula media latiore, reliquas tegente. *Cor.* nulla. *Stam.* octo, brevissima, antherae oblongae. Flores feminei sessiles, gemma inclusi. *Cal.* diphyllus, vix manifestus. *Cor.* nulla. *Pist.* germen minimum, styli duo setacei, colorati, stigmata simplicia. *Peric.* nullum; calyx ampliatus, coriaceus, folia duo, margine lacera repraesentans, longitudine fructus. *Sem.* nux ovata, acuminata.

1. *Corylus stipulis ovatis obtusis. L.* Corylus sylvestris. B. Haselstrauch. Folia magna, fere rotunda, venosa; styli florum femineorum rubri; in sylvis, Mart. April.

*Monadelphia.*

## *F. Monadelphia.*

Stamina filamentis connata.

293.

293. PINUS. *Monadelphia.*

Flores maſculi in racemos diſpoſiti. *Cal.* ſquamae hiantes. *Cor.* nulla. *Stam.* plurima, connata in columnam apice diviſam, antherae erectae. Flores feminei. *Cal.* conus ſubovatus, conſtans ſquamis imbricatis, rigidis, biſloris. *Cor.* nulla. *Piſt.* germen minimum, ſtylus ſubulatus, ſtigma ſimplex. *Peric.* nullum. Conus antea clauſus, nunc connivens. *Sem.* nux ala membranacea aucta.

1. *Pinus foliis geminis, primordialibus ſolitariis glabris.* L. Pinus ſylveſtris. B. Fichte. Folia duo baſi vagina communi incluſa; in ſylvis vulgaris, Maj.

## G. *Syngeneſia.* *Syngeneſia.*

Stamina antheris connata.

294. BRYONIA.

Flores maſculi. *Cal.* campanulatus, quinquedentatus. *Cor.* campanulata, quinquepartita, laciniis ovatis. *Stam.* filamenta tria breviſſima, antherae quinque, duae in ſingulo filamento connatae, unica in tertio. Flores feminei. *Cal.* ut in maſculis, germini inſidens. *Cor.* ut in maſculis. *Piſt.* germen ſub receptaculo, ſtylus trifidus, ſtigmata emarginata. *Peric.* bacca ovalis. *Sem.* nonnulla, ſubovata.

† 1. *Bryonia foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris.* L. Bryonia alba baccis nigris. B. Zaunrübe. Caulis volubilis plantas vicinas adſcendens; in ſepibus & dumetis parcius, Junio.

# Classis XXII.

## *DIOECIA.*

Floribus masculis & femineis distinctis in diversa planta. Ex omni specie igitur plantae aliae floribus masculis, aliae femineis instructae; staminibus duobus, quatuor, quinque, octo, novem, aut filamentis connatis; hinc Diandria, Tetrandria, Pentandria, Octandria, Enneandria, Monadelphia.

*Diandria.*

### *A. Diandria.*

#### 295. SALIX.

Mas. *Cal.* amentum commune oblongum, imbricatum, squamis planis, patentibus unifloris. *Cor.* nulla, nectarium minimum glandulosum in centro floris. *Stam.* filiformia, longa, antherae didymae. Femina. *Cal.* amentum ut in mare. *Cor.* nulla. *Pist.* germen ovatum, stylus vix distinctus, stigmata bifida. *Peric.* capsula unilocularis, bivalvis. *Sem.* numerosa, minima, pappo hirsuto, simplici.

1. *Salix foliis lanceolatis acuminatis serratis utrinque pubescentibus, serraturis infimis glandulosis. L.* Salix vulgaris alba arborescens. *B.* Weidenbaum. ad pagos, & fossas.

† 2. *Salix foliis integris ovatis acutis, supra subvillosis, subtus tomentosis. L.* Salix pumila foliis utrinque candi-

candicantibus & lanuginosis. B. in paludibus bey Mickau. *Diandria.*

† 3. *Salix foliis integerrimis lanceolatis, subtus villosis nitidis, stipulis ovatis acutis. L.* Salix pumila foliis ellipticis integerrimis, subtus glaucis, spica rotundiore. Haller. bey Karlkau in humidis.

† 4. *Salix foliis integerrimis ovatis, subtus villosis nitidis. L.* Salix pumila folio utrinque glabro. B. Folia breviora, caules fusci; auf der Saspe, in arena.

† 5. *Salix foliis ovatis rugosis, subtus tomentosis, undatis, superne denticulatis. L.* Salix latifolia rotunda. B. hinter dem Grünen Hofe inter fruticeta.

† 6. *Salix foliis serratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glandulosis. L.* ramuli fragiles, bey der Karthause.

† 7. *Salix foliis subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus sericeis, ramis virgatis. L.* Salix folio longissimo angustissimo utrinque albido. B. in humidis.

† 8. *Salix folio longo latoque ovato-acuminato glabro subserrato.* Dubium, quaenam species Linnaei.

Salicis species primo vere florent.

## *B. Tetrandria.* *Tetrandria.*

### 296. VISCUM.

Mas. *Cal.* quadripartitus, foliolis ovatis. *Cor.* nulla. *Stam.* filamenta nulla, antherae oblongae, foliolis calycis adnatae. Femina. *Cal.* tetraphyllus, foliolis parvis, sessilibus, germini insidentibus. *Cor.* nulla. *Pist.* germen trigonum, stylus nullus, stigma obtusum. *Pericarp.* bacca globosa, unilocularis. *Sem.* unicum, obcordatum, carnosum.

*Tetrandria.*

1. *Viſcum foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. L.* Viſcum baccis albis. B. Miſtel. Planta in variis arboribus creſcens. Caulis in duos ramos, & hi ulterius bifariam ſemper diviſi; apici eorum folia bina, oppoſita, carnoſa inſident; flores & fructus in nodis ramulorum ſeſſiles; in ſylvis paſſim, im Jaſchkenthal, primo vere floret.

*Pentandria.*

## C. *Pentandria.*

Cannabis. Humulus.

### 297. CANNABIS.

Mas. *Cal.* quinquepartitus, foliolis oblongis, concavis. *Cor.* nulla. *Stam.* breviſſima, antherae oblongae, tetragonae. Femina. *Cal.* monophyllus, oblongus. *Cor.* nulla. *Piſt.* ſtyli duo, ſubulati, longi, ſtigmata acuta. *Pericarp.* minimum. *Sem.* nux bivalvis, in calyce clauſo.

† 1. *Cannabis foliis digitatis. L. hort. Cliff.* Cannabis erratica. B. Wilder Hanf. Folia usque ad petiolum diviſa in lacinias impares, ſeptem, quinque vel tres, exteriores minores, profunde ſerratas, lanceolatas. Caulis maris in ramulos multos ſubdiviſus, numeroſis floribus nutantibus onuſtos, calyx externe rubens. Flores feminae in alis foliorum ſeſſiles; calyx, dum floret, longitudinaliter dehiſcit, poſtea clauſus; inter ſegetes & ad margines agrorum vor dem Oliwiſchen Thor, Maj. Junio.

### 298. HUMULUS.

Mas. *Cal.* pentaphyllus, foliolis oblongis, concavis. *Cor.* nulla. *Stam.* breviſſima, antherae oblongae. Femina. *Cal.* involucrum univerſale quadri-

quadrifidum, acutum; partiale tetraphyllum, ovatum, octiflorum; calyx proprius monophyllus, ovatus, maximus. *Cor.* nulla. *Pist.* styli duo, subulati, patuli, stigmata acuta. *Pericarp.* nullum. *Sem.* unicum, subrotundum. *Pentandria.*

† 1. *Humulus Lupulus. L.* Lupulus mas & femina. B. Wilder Hopfen. Caulis volubilis; folia palmata vel integra, cordiformia, aspera, profunde serrata; flores masculi verticillatim positi, pedunculis multifloris racemosis; feminei involucris duplicatis instructi; inter sepes bey dem Heil. Brunnen, Julio.

## *D. Octandria.* *Octandria.*

### 299. POPULUS.

Mas. *Cal.* amentum commune, oblongum, imbricatum, squamis unifloris, oblongis, planis, margine laceris. *Cor.* nulla; nectarium turbinatum, tubulatum, in limbum terminatum. *Stam.* brevissima, antherae magnae, purpureae, tetragonae. Femina. *Cal.* & *Cor.* ut in mare. *Pist.* germen ovatum, stylus vix manifestus, stigma quadrifidum. *Peric.* capsula ovata, bilocularis, bivalvis. *Sem.* numerosa, pappo capillari.

1. *Populus foliis subrotundis dentato-angulatis utrinque glabris. L.* Populus tremula. B. Espe. Folia longis petiolis adpensa leviissima aura moventur; in sylvis passim, Aprili floret.

An Populus nigra vel alba hic indigena, dubium; raro enim reperiuntur; vidi aliquando in sylva bey Matern arborem, quae Populus nigra dicebatur, cui folia etiam respondebant. In Nehringia hinter Bonsack quaedam hujus speciei arbores

*Octandria.* bores videbantur, que jam ſecurim paſſae, unica ſuperſtite.

*Enneandria.*

## E. *Enneandria.*

Staminibus novem: Mercurialis. Hydrocharis.

### 300. MERCURIALIS.

Mas. *Cal.* tripartitus, laciniis lanceolatis, concavis. *Cor.* nulla. *Stam.* capillaria, antherae globoſae, didymae. Femina. *Cal.* ut in mare. *Cor.* nulla. *Piſt.* germen compreſſum, hiſpidum, lateribus ſulcatum, ſtyli duo reflexi, hiſpidi, ſtigmata acuta, reflexa. *Peric.* capſula ſubrotunda, didyma, bilocularis. *Sem.* ſolitaria, ſubrotunda.

1. *Mercurialis caule brachiato, foliis glabris. L.* Mercurialis teſticulata ſive mas. B. Mercurialis ſpicata ſive femina. B. Folia ovata, petiolata, ovato-acuminata, ſerrata; caulis ramoſus; flores maſculi in ſpicam verticillatim digeſti, feminei ad alas foliorum congregati. Oelhafius in vicinis montium receſſibus opacis, Aprili reperit.

### 301. HYDROCHARIS.

Mas. *Cal.* ſpatha triflora, diphylla, calyx proprius triphyllus, foliolis ovato-oblongis, concavis. *Cor.* petala tria, plana, magna. *Stam.* novem, in tres ordines diſpoſita, antherae ſimplices. Femina. *Cal.* ſpatha nulla, calyx ut in mare. *Cor.* ut in mare. *Piſt.* germen ſub receptaculo floris, ſtyli ſex, compreſſi, ſtigmata bifida. *Peric.* capſula coriacea, ſexlocularis. *Sem.* numeroſa, minima.

† 1. *Hy-*

Enneandria.

† 1. *Hydrocharis morſus ranae. L.* Nymphaea alba minima. B. Froſchbiß. Folia cordiformia, orbiculata, aquis innatantia; flores albi; in foſſis latioribus ad Viſtulam, Auguſt.

## F. *Monadelphia.*

Monadelphia.

Staminibus connatis.

### 302. IUNIPERUS.

Mas. *Cal.* amentum conicum decemflorum, ſquamis brevibus, latis. *Cor.* nulla. *Stam.* tria, ſubulata, inferne coalita, antherae tres. Femina. *Cal.* tripartitus, minimus. *Cor.* petala tria, rigida, acuta, perſiſtentia. *Piſt.* ſtyli tres, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* bacca carnoſa, ſubrotunda. *Sem.* oſſicula tria.

1. *Juniperus foliis ternis patentibus mucronatis. L.* Juniperus vulgaris fruticoſa. B. Wacholder. Kaddig, nobis. Arbor humilis ſive frutex, foliis anguſtis, acutis, rigidis, per hyemem virentibus. In floribus femineis alii calycem duplicatum ſtatuunt, corollae petala perſiſtentia pro calyce interiore accipientes. Baccae primum virides, poſtea nigrae, ſequente demum anno matureſcunt; in ſylvis remotioribus, bey Karlkau copioſe.

# Classis XXIII.

## POLYGAMIA.

Plantae hujus Classis praeter florem hermaphroditum adhuc alium florem vel masculum vel femineum tantum progignunt.

*Herm. & masc.*

### A. *Hermaphroditus & masculus.*

Holcus. Acer.

### 303. HOLCUS.

Hermaphroditus. *Cal.* gluma bivalvis, valvula exteriore majore. *Cor.* gluma bivalvis, villosa, calyce minor, valvula exteriore aristata. *Stam.* tria capillaria, antherae oblongae. *Pist.* germen turbinatum, styli duo, stigmata penicilliformia. *Peric.* nullum. *Sem.* solitarium, ovatum, calyce tectum. Masculus. *Cal.* gluma bivalvis, valvulis convolutis acutis. *Cor.* nulla. *Stam.* ut in hermaphrodito.

† 1. *Holcus glumis trifloris muticis glabris, hermaphrodito diandro. L.* Gramen paniculatum odoratum. *B.* Gramen Mariae borussorum. Loesel. Marien-gras. Folia striata, glabra. Panicula ramosa, laxa, ramulis plerumque binis eodem loco erumpentibus. Calycis glumae turgidae, ex fusco diluto & viridi variae, splendentes. Flosculi tres, medio hermaphrodito; glumae masculorum parum hirsutae, gluma exteriore ex basi aristam brevem recurvam emittente, quae calyce brevior; glu-

glumae hermaphroditi glabrae, muticae. Haec *Herm. & masc.*
ſpecies in hermaphroditis duo ſaltim ſtamina profert; reperitur ad viam zwiſchen dem Legen- und Langgartſchen Thor; paniculae nondum explicitae Martio aut Aprili ob gratum odorem carpuntur, Majo demum perfecte florentes.

† 2. *Holcus glumis biſloris villoſis, hermaphrodito mutico, maſculo ariſta recurva. L.* Gramen pratenſe paniculatum molle. B. Gramen paniculatum molle, panicula dilute coerulea. Loeſel. Folia lanugine villoſa, mollia. Panicula minus ſparſa, ramulis brevioribus, duobus aut pluribus eodem loco. Glumae calycis & corollae villoſae. Ariſta maſculi floris intra calycem reflexa. Color paniculae ſoepe albeſcens, plerumque roſeus aut purpureus, rarius coeruleſcens; in pratis vulgaris, hinter dem Grünen Hofe, Junio.

† 3. *Holcus glumis biſloris glabris, dorſo ciliatis, ariſta maſculi recurva, extra calycem protenſa.* Gramen caninum paniculatum molle. Scheuchz. Folia glabra, margine aſpera. Panicula brevior, albeſcens, Ariſtae longiores; bey Karlkau, Julio.

## 304. ACER.

Hermaphroditus. *Cal.* quinquefidus, acutus, coloratus. *Cor.* petala quinque, ovata, obtuſa, patentia. *Stam.* octo, ſubulata, brevia, antherae ſimplices. *Piſt.* germen compreſſum, ſtylus filiformis, ſtigmata duo, reflexa. *Peric.* capſulae duae, baſi coalitae, compreſſae, ala maxima membranacea terminatae. *Sem.* ſolitaria, ſubrotunda. Maſculus; omnia ut in hermaphrodito, ſed germen cum ſtylo deeſt, licet ſtigma bifidum adſit.

† 1. *Acer foliis quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, floribus corymboſis. L.* Acer montanum tenu-

*Herm. & masc.* tenuissimis & acutis foliis. B. Linenbaum. Calyx & corolla e viridi lutescunt, flores umbella simplici; in sylvis vulgaris, & ob umbram laetissimam in hortis colitur, Majo.

† 2. *Acer foliis quinquelobis inaequaliter serratis, floribus racemosis. L.* Acer montanum candidum. B. Folia undique serrata a foliis prioris speciei diversa, quae denticulos paucos, valde acutos, longiores aut breviores exserunt. Flores minores in racemos longos dispositi, pedunculis longis insidentes; pareius reperitur, Majo.

3. *Acer foliis lobatis obtusis emarginatis. L.* Acer campestre & minus. B. Folia triloba. Oelhafius hanc speciem indicat, sed primam nostram in mente habuisse, ex descriptione ejus verisimile.

*Herm. & fem.*

## B. *Hermaphroditus & femineus.*

Parietaria. Atriplex. Fraxinus.

### 305. PARIETARIA.

Hermaphroditus. *Cal.* involucrum hexaphyllum, foliolis duobus majoribus, calyx proprius quadrifidus, planus, obtusus. *Cor.* nulla. *Stam.* quatuor, subulata, persistentia, antherae didymae. *Pist.* germen ovatum, stylus filiformis, coloratus, stigma penicilliforme. *Peric.* nullum. *Sem.* unicum ovatum, in calyce proprio majore, clauso. Femineus, omnia ut in hermaphrodito, nisi quod stamina desunt.

1. *Parietaria foliis lanceolato-ovatis alternis. L.* Parietaria officinarum & Dioscoridis. B. Folia petiolata, margine integro. Involucrum tres continet flores, duos laterales hermaphroditos, medium femi-

femineum. Oelhafius hanc plantam in incultis & parietibus muſcidis obſervavit. *Herm. & fem.*

## 306. ATRIPLEX.

Hermaphroditus. *Cal.* pentaphyllus, laciniis ovatis, concavis. *Cor.* nulla. *Stam.* quinque, ſubulata, antherae didymae. *Piſt.* germen orbiculatum, ſtylus bipartitus, ſtigmata reflexa. *Peric.* nullum. *Sem.* unicum, orbiculatum, compreſſum, in calyce pentagono clauſo. Femineus. *Cal.* diphyllus, foliolis planis, ovatis, magnis, compreſſis; reliqua ut in hermaphrodito, exceptis ſtaminibus.

1. *Atriplex caule herbaceo patulo, foliis ſubdeltoideo-lanceolatis, calycibus ſeminum diſco dentatis. L.* Atriplex anguſto oblongo folio. B. Folia oppoſita, breviter petiolata; ex alis foliorum pedunculi floriferi, qui & foliis minoribus inſtructi. Valvulae calycis, dum clauditur & ſemen includit, apicibus prominentibus ſive denticulis notatae; an der Rodaune bey dem Herbergiſchen Walde, & alibi, Julio.

† 2. *Atriplex caule herbaceo, foliis deltoideo-lanceolatis obtuſe dentatis, ſubtus farinaceis. L.* Atriplex maritima laciniata. B. Folia alterna, petiolata, ſinuato-dentata; caules rubri; ex alis foliorum pedunculi floriferi; in littore maris, Julio.

## 307. FRAXINUS.

Hermaphroditus. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Stam.* duo, erecta, antherae oblongae, quadriſulcae. *Piſt.* germen ovatum compreſſum, ſtylus cylindraceus, ſtigma craſſiuſculum, bifidum.

*Herm. & fem.* *Peric.* nullum. *Sem.* lanceolatum, compreſſum. Femineus; omnia ut in hermaphrodito, ſtaminibus exceptis.

† 1. *Fraxinus foliolis ſerratis, floribus apetalis. L.* Fraxinus excelſior. B. Eſche. Folia pallida, pinnata, cum impari, foliolis oblongis. Flores hermaphroditi & feminei interſparſi, ita tamen ut quaedam arbores flores plurimos hermaphroditos, pauciores femineos, aliae plurimos femineos paucioribus hermaphroditis mixtos proferant; in ſylvis paſſim, Majo.

Clas-

# Classis XXIV.

## *CRYPTOGAMIA.*

Plantae, quarum fructificatio latet, & oculis nudis imperceptibilis, structura etiam ab aliis diversa gaudet, quae nec per lentes plenarie detecta. Ordines hujus Classis quatuor: Filices. Musci. Algae. Fungi.

### *A. Filices.*

*Filices.*

In his ex solitis fructificationis partibus nihil manifestum, nisi capsula aut globulus, qui calyx aut pericarpium dici potest, & annulo elastico cingitur, per maturitatem rumpente & semina minutissimi pulveris effundente. Hi globuli in plurimis numerosissimi, & vel caulibus vel aversae parti foliorum innascuntur.

#### *a. Fructificationes in caule.*

Equisetum. Ophioglossum. Osmunda.

### 308. EQUISETUM.

Fructificationes in spicam ovato-oblongam digestae. Singulae orbiculatae, a basi dehiscentes.

† 1. *Equisetum caule spicato, frondibus compositis. L.* Equisetum sylvaticum tenuissimis setis. B. Folia Equisetorum verticillata, angusta, linearia, articulata; In hac specie tenuissima, longa, ramosa; in sylvis & agris, floret primo vere cum reliquis speciebus.

Filices.

2. *Equiſetum ſcapo fructificante nudo, ſterili frondoſo. L.* Equiſetum arvenſe longioribus ſetis. B. Heermooß. Folia quadrangularia. Caules fructificantes ſeparati, vere florentes; frondoſi aeſtate demum adparent; in agris & pratis.

† 3. *Equiſetum caule angulato, frondibus ſimplicibus. L.* Equiſetum paluſtre brevioribus ſetis. B. Caulis primum nudus, deinde folia erumpunt, initio brevia, tandem longiora; in foſſis & aquis.

4. *Equiſetum caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus. L.* Equiſetum paluſtre longioribus ſetis. B. Caulis latus, folia numeroſiſſima; in aquoſis.

5. *Equiſetum foliis nudum non ramoſum ſive junceum. B.* Schachtelhalm. Caules nudi, ſine foliis, articulati, aſperi; in foſſis & aquis.

## 309. OPHIOGLOSSUM.

Capſula diſticha, articulis numeroſis transverſalibus, in totidem loculamenta, transverſim dehiſcentia, diviſis.

1. *Ophioglosſum fronde ovata. L.* Ophioglosſum vulgatum. B. Natterzünglein. Folium unicum, ovatum, carnoſum, petiolatum, ex cujus ala ſcapus unicus, fructificationibus utrinque inſtructus. Oelhafius bey der Münde reperit, & in praecox & ſerotinum diſtinguit, ſed hoc pluribus plantis vere florentibus commune, quod autumno iterum reflorent.

## 310. OSMUNDA.

Capſulae globoſae, diſtinctae, in racemum diſpoſitae, horizontaliter dehiſcentes.

1. *Osmunda ſcapo caulino ſolitario, fronde pinnata ſolitaria. L.* Lunaria racemoſa minor & vulgaris. B. Mond-

Filices.

Mondraute. Folium unicum, pinnatum, pinnulis lunatis; caulis unicus, fructificationibus tectus. Oelhafius bey Tempelburg in montibus obſervavit. Hujus Varietates ſequentes Breynius in Cent. profert, circa Gedanum collectas. 1. Lunaria racemoſa minor, Adianthi folio. 2. Lunaria racemoſa minor, Matricariae folio. quae Lunaria minor rutaceo folio. B. 3. Lunaria racemoſa multifido folio. B.

### *b. Fructificationes in foliis.*

Pteris. Polypodium.

## 311. PTERIS.

Fructificationes digeſtae in lineam, ſubtus cingentem marginem folii.

1. *Pteris fronde ſupradecompoſita, foliolis pinnatis, pinnis lanceolatis, infimis pinnatifidis, ſuperioribus minoribus. L.* Filix ramoſa major, pinnulis obtuſis non dentatis. B. Filix femina. Tabern. Farnkraut. Folia tripinnata, pinnulae obtuſae, margine integro; in ſylvis umbroſis copioſe reperitur.

## 312. POLYPODIUM.

Fructificationes diſtributae in parte averſa folii in lineas nervo medio parallelas, conſtantes ex globulis orbiculatis.

1. *Polypodium fronde bipinnata, pinnis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo. L.* Filix mas non ramoſa dentata. B. Filix mas. Tabern. Farnkraut. Pinnae & pinnulae ad angulos rectos a ſtipite ſecedunt, cum in Pteride angulos acutos efficiant. Pinnae inferiores & ſuperiores minores, mediae majores; in ſylvis vulgaris. Oelhafius ſynonyma

*Filices.*

Bauh. & Gesn. adposuit non huic sed Osmundae regali Linn. competentia, quae apud nos, quantum quidem scio, non reperitur.

† 2. *Polypodium frondibus subbipinnatis, foliolis ovato-oblongis, pinnis obtusiusculis, apice acute serratis. L.* Ramuli latiores, quodam modo alati, pinnulis basi ad ramulum decurrentibus; im Nehringischen Walde bey Kobbelgrube.

† 3. *Polypodium fronde supradecompositа, foliolis ternis bipinnatis. L.* Filix ramosa minor, pinnulis dentatis. B. Caules teneri in tres ramulos divisi, quorum quilibet pinnas emittit laterales, inferiores profunde incisas sive dentatas, superiores crenatas; im Walde bey dem Bärenwinkel.

4. *Polypodium frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis subserratis obtusis, radice squamata. L.* Polypodium vulgare. B. Engelsüß. Folia simpliciter pinnata, pinnis oblongis, ad nervum confluentibus. Oelhafius hinter Zoppott & im Bärenwinkel reperit.

*Musci.*

## B. *Musci.*

Musci sunt plantae minores, saepe minimae, terrae vel arboribus aut aliis corporibus, & lapidibus ipsis innascentes, flore imperfecto, sexu tamen distincto, in eadem vel diversa planta instructae. Flos masculus anthera donatus, calyptrata vel non calyptrata; calyptra est corpusculum conicum concavum fructificationi superimpositum, quod manu facile detrahi potest. Musci non calyptrati pauci, calyptrati plurimi. Anthera ab aliis capsula seminalis vocatur.

*a. Muſci non calyptrati.*

Lycopodium. Sphagnum. Phaſcum. Ex hoc & ſequentibus Ordinibus non omnes ſpecies hic reperiundas recenſere animus eſt, cum nec omnes detegere facile ſit, nec omnes hactenus ſatis diſtinctae & determinatae. Ex quovis Genere igitur unam aut alteram ſaltim ſpeciem, proferam, quam indigenam eſſe compertus ſum, quo alii facilius in plures inquirere poſſint. Pleraeque enim harum plantarum ſemine minutiſſimo & copioſiſſimo ubique fere propagantur, licet non omnium oculos incurrant.

## 313. LYCOPODIUM.

Flos maſculus in alis foliorum ſeſſilis; anthera reniformis, bivalvis, ſeſſilis. Flos femineus in eadem planta; calyx tetraphyllus, cui ſemina plumula connata.

1. *Lycopodium foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis. L.* Muſcus terreſtris clavatus. *B.* Bärlapp. Planta longe per terram repens, caules profert teretes, ramoſos, foliis anguſtis acutis undique denſe veſtitos, procumbentes, & paſſim radiculas novas in terram demittentes. Flores feminei julis ſeu ſpicis clavatis, ſquamoſis, pedunculatis continentur. Semina inſtar ſubtiliſſimi pulveris ſulphurei copioſiſſime ſpargunturs in ſylvis remotioribus.

2. *Lycopodium foliis bifariis connatis, ſuperficialibus ſolitariis, ſpicis geminis pedunculatis. L.* Muſcus clavatus foliis cupreſſi. *B.* Cauliculi erecti, ramoſi, folia anguſta, ſpicae ſeminiferae anguſtiores; in montibus ſylvarum.

*Muſci.*

## 314. SPHAGNUM.

Flos maſculus ſubſeſſilis; anthera globoſa, tecta operculo obtuſo; receptaculum apophyſis marginata ſub anthera. Flos femineus ignotus.

†. *Sphagnum ramis deflexis. L.* in paludibus ſylvaticis.

## 315. PHASCUM.

Flos maſculus ſubſeſſilis vel breviter pedunculatus; anthera ovalis, ore ciliato, tecto operculo acuminato. Flos femineus ignotus.

†. *Phaſcum acaule anthera ſeſſili. L.* in agris, hortis, & ad foſſas.

### *b. Muſci calyptrati.*

Fontinalis. Polytrichum. Mnium. Bryum. Hypnum.

## 316. FONTINALIS.

Flos maſculus ſubſeſſilis; calyptra laevis, conica, anthera oblonga, ore ciliato, tecto operculo acuminato. Flos femineus ignotus.

†. *Fontinalis foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus. L.* Muſcus aquaticus denticulatus. Loeſel. in fluviis.

## 317. POLYTRICHUM.

Flos maſculus pedunculatus. Calyptra conica, villoſa, anthera oblonga ore ciliari, tecto operculo conico; receptaculum apophyſis marginata, antherae ſubjecta; pedunculus ex vagina cylindrica prorumpens. Flos femineus in diſtincta planta.

Calyx

Calyx communis imbricatus, coloratus; piſtilla filiformia, articulata. *Muſci.*

1. *Polytrichum caule ſimplici, anthera parallelepipeda.* *L.* Polytrichum aureum majus. *B.* Adiantum aureum. Tabern. Gülden Widertodt. Caulis foliis anguſtis, acutis, contertis veſtitus, apice emittens pedunculum longum rubrum, anthera viridi, tecta, terminatum, cui calyptra villoſa, luteſcens ſuper impoſita; in ſylva bey dem Heil. Brunnen, und im Langefuhrſchen Waide copioſe. Polytrichum aureum medium. *B.* Varietas parum differens.

## 318. MNIUM.

Flos maſculus pedunculatus. Calyptra oblonga, acuminata, obliqua. Anthera ſubrotunda, ore ciliari annulato, tecto operculo ſubconico. Flos femineus in diſtincta ſoepe planta. Calyx communis ſtellatus ex foliis radiantibus. Piſtilli plurimi, centrales, congeſti.

† 1. *Mnium caule ramoſo androgynum.* *L.* Planta minima, foliolis brevibus erectis, anthera inclinata; in ſylvis.

† 2. *Mnium caule dichotomo, foliis ſubulatis.* *L.* Pedunculi flavi, caules erecti, ramoſi; in paludibus.

† 3. *Mnium pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis.* *L.* Folia ovata, obtuſa, punctata, alterna, caules procumbentes, pedunculi longi, rubentes, antherae nutantes. Varietates, foliis acutis, ſerratis, & foliis oblongis undulatis; inter alios Muſcos frequens.

## 319. BRYUM.

Flos maſculus ex apice ſurculorum pedunculatus. Calyptra oblonga, acuminata, obliqua.

*Muſci.* Anthera ſubrotunda, ore ciliari annulato, tecto operculo conico.

† 1. *Bryum antheris erectis obovatis, calyptra ſubulata, ſurculis acaulibus, foliis ovatis muticis. L.* Muſcus minimus, ſtellaris, antheris pyriformibus, turgidis; in pratis.

† 2. *Bryum antheris erectiuſculis, foliis piliferis recurvis. L.* Muſcus elatior, ramoſus, foliis in pilum deſinentibus, capitulis oblongis, acutis; in tectis, & arborum truncis, in montibus vor dem Oliwiſchen Thor.

† 3. *Bryum antheris erectis, foliis piliferis rectiuſculis, ſurculis ſimplicibus ceſpitoſis. L.* Muſcus minor, capillaceus, in tectis, muris, & lapidibus, ubique vulgatiſſimus, in dictis montibus incultis, variis muſcorum ſpeciebus abundantibus.

† 4. *Bryum antheris erectis ſubrotundis, operculo mucronato. L.* Muſcus minimus, foliis oblongis, pedunculis breviſſimis, antheris rufis; vulgaris in agris.

† 5. *Bryum antheris pendulis, ſurculis cylindricis, imbricatis laevibus. L.* Folia ericaeformia, e viridi argentea; in muris & tectis.

† 6. *Bryum antheris pendulis, foliis lanceolatis acuminato-ſetaceis, pedunculis longiſſimis. L.* Pedunculi inferne rubri, ſuperne luteo virides; in montibus.

## 320. HYPNUM.

Flos maſculus pedunculatus ex alis foliorum, ad latera ſurculorum. Calyptra oblonga, glabra, obliqua. Anthera oblongiuſcula, ore ciliari, tecto operculo acuminato. Flos femineus in eadem planta ex alis foliorum. Piſtilli ſolitarii.

† 1. *Hyp-*

Muſci.

† 1. *Hypnum fronde pinnata ſimplici, pinnis duplicatis, baſi pedunculifera. L.* Pinnulae denticulatae recurvae; terra umbroſa hoc muſco tegitur.

† 2. *Hypnum ramis vagis ſubrepentibus, foliolis ovatis mucronatis imbricatis. L.* Muſcus denticulatus, vulgaris ad arborum radices.

3. *Hypnum ſurculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. L.* Muſcus filicinus major. B. in montibus vor dem Oliwiſchen Thor.

† 4. *Hypnum ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris ſubnutantibus. L.* ad radices arborum.

† 5. *Hypnum ſurculis repentibus, ramis vagis teretibus, foliis patulis acuminatis. L.* in montibus.

† 6. *Hypnum ſurculis pinnato-ſparſis ſubulatis, foliis ovatis obtuſis conniventibus. L.* in ſylvis.

## C. *Algae.*

Algae.

Hae calyptra deſtituuntur, nec anthera in omnibus reperitur: Jungermannia. Marchantia. Riccia. Lichen. Chara. Tremella. Conferva. Byſſus.

### 321. IUNGERMANNIA.

Flos maſculus pedunculo longo e calyce tubuloſo prodeunti inſiſtit. Anthera ovata, in quatuor valvulas dehiſcens. Flos femineus ſeſſilis in eadem planta, ſeminibus ſolitariis, aut confertis.

†. *Jungermannia ſurculis repentibus, foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis aequalibus. L.* ad truncos arborum.

322. MAR-

Algae.

## 322. MARCHANTIA.

Flos maſculus pedunculatus. *Cal.* communis quadri-vel quinquefidus, aut decemfidus, magnus, floſculos quatuor vel quinque vel decem continens. *Cor.* monopetala turbinata, calyce brevior. *Stam.* filamentum unicum, corolla longius, anthera ſubovata, in quatuor vel quinque vel decem lacinias dehiſcens. Flos femineus ſeſſilis. *Cal.* margo membranaceus, integer, patulus. *Sem.* plura, compreſſa, nuda.

†. *Marchantia calyce communi decemfido. L.* Lichen petraeus latifolius, ſive Hepatica fontana. B. Lichen petraeus ſtellatus. B. Lichen petraeus umbellatus. B. ad fontes umbroſos.

## 323. RICCIA.

Flos maſculus ſeſſilis, anthera ſubulata, truncata. Flos femineus, pericarpio globoſo uniloculari, ſeminibus plurimis.

†. *Riccia frondibus dichotomis lineari-filiformibus. L.* in foſſis & piſcinis ad ripas ſupra aquam fluitat.

## 324. LICHEN.

Flores maſculi numeroſi, receptaculo magno, nitido, glutinoſo, figurae variae, innati. Flores feminei & ſemina inſtar farinae ſparſa, in eadem vel diſtincta planta.

† 1. *Lichen leproſus albus, tuberculis albis farinaceis. L.* in cortice Fagi.

† 2. *Lichen leproſus cinereus, tuberculis albidis rugoſis. L.* in cortice Carpini.

† 3. *Li-*

† 3. *Lichen cruſtaceus flavus, ſcutellis luteis. L.* in cortice Quercus. *Algae.*

† 4. *Lichen imbricatus, foliis criſpis fulvis, peltis concoloribus fulvis. L.* in parietibus, lignis & arboribus.

† 5. *Lichen imbricatus, laciniis obtuſis ſubinflatis. L.* in cortice Betulae.

† 6. *Lichen imbricatus, foliolis oblongis laciniatis anguſtis cinereis, ſcutellis pullis. L.* in ramis arborum.

† 7. *Lichen foliaceus erectiuſculus, laciniis linearibus ciliatis, ſcutellis pedunculatis crenatis. L.* Muſcus arboreus pyxoides piloſus. Loeſel. in arboribus.

8. *Lichen foliaceus laciniatus obtuſus glaber, ſupra lacunoſus, ſubtus tomentoſus. L.* Muſcus pulmonarius. B. in arboribus.

† 9. *Lichen pallide viridis rugoſus, margine undulatus. L.* in arboribus.

† 10. *Lichen foliaceus repens lobatus obtuſus planus ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente. L.* in terra.

† 11. *Lichen filamentoſus pendulus, ramis implexis, ſcutellis radiatis. L.* Muſcus arboreus, Usnea officinarum. B. ex arborum ramis pendulus.

† 12. *Lichen filamentoſus ramoſus erectus, ſcutellis radiatis. L.* Muſcus arboreus cum orbiculis. B. ſcutellae magnae undique radiatae; in arboribus.

## 325. CHARA.

*Cal.* diphyllus, minimus. *Cor.* nulla. *Stam.* anthera globoſa, ſine filamento. *Piſt.* germen ovatum, ſtylus nullus, ſtigmata tria latiuſcula. *Sem.* unicum.

† *Chara*

Algae. † *Chara caulibus laevibus, frondibus interne dentatis. L.* Equiſetum foetidum ſub aqua repens. B. in aquis ſtagnantibus.

## 326. TREMELLA.

Subſtantia uniformis, pellucida, membranacea, gelatinoſa, foliacea.

1. *Tremella ſeſſilis membranacea auriformis cinerea. L.* Fungus membranaceus auriculam referens, ſive ſambucinus. B. Auricula Judae. Lobel. ad radices arborum putridarum, imprimis Sambuci.

† 2. *Tremella ſubgloboſa ſeſſilis ſolitaria glabra. L.* in ramis arborum mortuis, coloris purpurei.

## 327. CONFERVA.

Fibrae ſimplices; uniformes, capillaceae, filamentoſae.

†. *Conferva filamentis reticulatim coaduuatis. L.* Muſcus aquaticus bombycinus retiformis. Loeſel. in fluviis ad littora.

## 328. BYSSUS.

Fibrae ſimplices, uniformes, lanuginoſae ſive pulverulentae.

† 1. *Byſſus filamentis plumoſis natantibus. L.* eſt materia viridis & albeſcens, prima aeſtate ſupra aquam expanſa, quae vulgo nobis dicitur, das Waſſer blühet.

† 2. *Byſſus lanuginoſa violacea lignis adnaſcens. L.* reperitur in lignis putreſcentibus.

† 3. *Byſſus filamentoſa viridis. L.* hac materia terra humida, imprimis argilloſa, verno tempore tegitur, tactu mollis eſt.

† 4. *Byſ-*

Algae.

† 4. *Byſſus pulverulenta atra. L.* in muris aedificiorum vetuſtorum.

† 5. *Byſſus pulverulenta cinerea, rupes operiens. L.* omnes lapides aëri libero expoſiti tandem colore cinereo obducuntur, ſpecie Byſſi fere imperceptibili.

† 6. *Byſſus pulverulenta flava lignis adnaſcens. L.* haec videtur in arborum corticibus, & tectis vetuſtis.

† 7. *Byſſus pulverulenta viridis. L.* in terra humida & umbroſa, praecipue in hortis, ubi ambulacra umbroſa & parum frequentata brevi virideſcunt tempeſtate humida.

† 8. *Byſſus pulverulento-cruſtacea albiſſima. L.* in ſylvis, ubi muſci & arborum cortices tempore candidum colorem, hujus Byſſi materiam, contrahunt.

## D. *Fungi.*

Fungi.

Fungi ab aliis plantis ſubſtantia & fabrica & colore differunt. Non enim herbaceae, ſed lamellatae, ſquamoſae & poroſae, aut etiam denſae & ſolidae ſunt ſubſtantiae. Nec partibus gaudent reliquis plantis adſuetis; flores & folia nulla, licet ſemina adſint, nudo oculo imperceptibilia. Plures petiolo & pileo huic impoſito inſtructi, alii pileo carent, petiolo ſimplici vel ramoſo donati. Color in pauciſſimis viridis, in plurimis albus vel fuſcus. Huc pertinet: Agaricus. Boletus. Hydnum. Phallus. Elvela. Peziza. Clavaria. Lycoperdon. Mucor. Genus Clathri praeterii, vix hic reperiundum, quod conſtat corpore ſubrotundo ſeu ovato, calloſo, cavo, reticulari & feneſtrato, ramificationibus undique connexis.

329. AGA-

*Fungi.*

## 329. AGARICUS.

Fungus conſtans petiolo & pileo ſubtus lamellato; petiolus interdum deficit.

† 1. *Agaricus ſtipitatus, pileo convexo ſquamato albido, lamellis ruffis. L.* Fungus pileolo lato & rotundo. B. Fungus campeſtris albus ſuperne, inferne rubens. J. B. Champignon. in pratis.

2. *Agaricus ſtipitatus, pileo planiuſculo lacteſcente, margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis. L.* Fungus albus acris. B. Pfifferling. in ſylvis.

† 3. *Agaricus pileolo hemiſphaerico, in centro depreſſo & in margine fornicato, petiolo brevi & craſſo. Gleditſch.* Reißke. pileus & lamellae rubrae; in ſylvis.

† 4. *Agaricus ſtipitatus, lamellis dimidiatis ſolitariis, ſtipite volvato, apice dilatato, baſi ovato. L.* Fliegenſchwamm. Pileus interdum magnus, intenſe ſanguineus, verrucis albis variegatus, lamellae albae; pernicioſus eſt, & reperitur im Langefuhrſchen Walde in convallibus umbroſis, autumno, quo tempore pleraeque Agaricorum ſpecies adparent.

† 5. *Agaricus ſtipitatus, lamellis omnibus magnitudine aequalibus. L.* Pileus purpureus, concavus, lamellae albae; in ſylvis.

† 6. *Agaricus ſtipitatus, pileo convexo, lamellis baſi mucrone dentatis. L.* Pileus flavus, lamellae pallidae; in ſylvis.

† 7. *Agaricus ſtipitatus, pileo ſordide flavo, lamellis luteo-ruffis. L.* Pileus planus; in ſylvis.

† 8. *Agaricus ſtipitatus, pileo pallido, diſco ſtellatim luteo, lamellis ſulphureis. L.* Pileus convexus; in pratis.

† 9. *Aga-*

Fungi.

† 9. *Agaricus ſtipitatus, pileo flavo convexo, lamellis albis. L.* Fungus orbicularis exalbidus pratenſis. B. in ſylvis & pratis.

† 10. *Agaricus ſtipitatus, pileo campaniformi albido lacero, lamellis niveis, ſtipite ſubbulboſo ſubulato nudo. L.* Pileus conicus, petiolus longus; in fimetis.

† 11. *Agaricus ſtipitatus, pileo campanulato lacero, lamellis nigris lateraliter flexuoſus, ſtipite fiſtuloſo. L.* Pileolus, dum e terra erumpit, ovatus, albus, aut ex albo griſeus, ovum figura refert, poſtea orbicularis, magnus, evadit; lamellae, initio albae, brevi tempore nigerrimae fiunt, & ſuccum ſtillant atrum, in quem mox pileus ipſe nigreſcens reſolvitur, petiolo ſolo ſuperſtite; in fimetis.

† 12. *Agaricus ſtipitatus, pileo plicato membranaceo, lamellis baſi latioribus. L.* Fungus minimus albus, lamellis paucis, laxis; inter folia putrida, & alibi.

† 13. *Agaricus ſtipitatus, pileo luteo convexo ſtriato, lamellis ſtipiteque albis. L.* in ſylvis.

† 14. *Agaricus volva minore exceptus, pileolo orbiculari integerrimo, petiolo annulato, radice tuberoſa. Gleditſch.* Fungus albus, petiolo alto. Volva eſt cuticula membranacea lamellas ante pilei explicationem contegens, & cum petiolo connexa, quae poſtea rumpitur, & cujus particula interdum annuli inſtar petiolum ambit; non omnes Agaricorum ſpecies volva inſtructae; in campis haec ſpecies reperitur.

† 15. *Agaricus volva exceptus, pileolo hemiſphaerico integerrimo, petiolo gracili, praealto, fiſtuloſo. Gleditſch.* Funges parvus, pileolo fuſco, lamellis griſeis; in ſylvis.

† 16. *Agaricus luteus, pileolo turbinato, in margine anguloſo, laciniato, & varie contorto, lomellis craſſis, venoſis, ramoſis & criſpis. Gled.* Pileolus croceus; in ſylvis.

Fungi. † 17. *Agaricus pileolo orbiculari dilute fuſco, vertice ſaturatiore, in margine ſtriato, lamellis ſubluteis laxis, petiolo concolore. Gled.* in ſylvis.

† 18. *Agaricus pileo lato flavo.* Fungus pileolo lato orbiculari flaveſcente. B. Capreolini. Tabern. in ſylvis & campis.

Agaricorum longe plures reperiuntur ſpecies & varietates, ſed difficilius dignoſcuntur. Mire variat hoc Fungorum genus, Pilei figura, quae vel orbicularis, vel plana, hemiſphaerica, conica, infundibuliformis, centro vel elevato vel depreſſo; colore albo, aut griſeo, rubro, flavo, fuſco; Lamellis laxis vel confertis, ejusdem cum pileo coloris vel diverſi; Petiolo alto vel brevi, craſſo aut tenui, fiſtuloſo aut ſolido; Magnitudine fungi, quae vel maxima, vel media, vel minima; Loco natali, in ſylvis, campis, fimetis, umbroſis, ad radices arborum, in lignis putridis, ſubterraneis.

## 330. BOLETUS.

Fungus conſtans pileo ſubtus poroſo aut tubuloſo, vel petiolo inſtructus vel acaulis.

† 1. *Boletus acaulis, faſciis dicoloribus, poris albis. L.* Superior pilei facies luteo-fuſca, & circulis concentricis varii coloris diſtincta, inferior candida, poris ſubtiliſſimis, orificia tubulorum tenuiſſimorum conſtituentibus; in hortis noſtris reperitur, ubi ramis majoribus arborum veſtutarum, & poſtibus aut aliis lignis diutius jam aëri expoſitis & radiis ſolaribus deſtitutis, a latere pileoli adhaeret.

† 2. *Boletus coriaceus, ſquamoſus, ſeſſilis, & multiplex, lobis varie diviſis & expanſis, tubulis tenuiſſimis, connexis, anguloſis. Gled.* Fungus ceraſorum, imbrica-

bricatim alter alteri innatus, variegatus. in hortis etiam reperitur, ubi variis arboribus adhaeret; pilei pars ſuperior variis coloribus notata, magis irregulares & undulatos circulos formantibus, inferior albida.

† 3. *Boletus ſtipitatus pileo pulvinato ſubviſcido, poris rotundatis convexis flaviſſimis, ſtipide albido. L.* Pileus ſuperne obſcurus, fuſcus aut terreus, inferne luteus; in ſylvis & hortis, locis umbroſis.

† 4. *Boletus ſtipitatus, pileo glabro pulvinato marginato, poris compoſitis acutis, porulis angulatis brevioribus. L.* Pileus ſuperne ſubfuſcus, inferne e luteo viridis; in campis, aeſtate.

## 331. HYDNUM.

Fungus horizontalis, ſubtus fibris ſubulatis echinatus, petiolo inſtructus. A Boleto non differt niſi orificiis tubulorum, quae non aequalia ſed denticulata, hinc ab aliis cum Boleto conjungitur.

† 1. *Hydnum ſtipitatum, pileo plano-infundibuliformi. L.* Boletus pileolo explanato, inaequali, deſuper ſericeo, lineis concentricis diſtincto, centro cavo, tubulis ſubtus connexis echinato-denticulatis. Gled. Erinaceus infundibulum imitans, colore pullo, ſuperne ſericeus; & circularibus ſtriis excavatus, inferne plumbeus, pediculo concolore. Mich. in ſylvis reperi.

## 332. PHALLUS.

Fungus petiolatus, capitatus, ſubtus glaber, ſuperne calloſus, reticulatus.

Fungi.

1. *Phallus valvatus ſtipitatus, pileo celluloſo. L.* Fungus foetidus penis imaginem referens. B. Volva phallum initio penitus includens, inſtar ovi albi in ſylvis ad truncos arborum putridos adparet, & radices intra ligni ſubſtantiam figit. Volva rupta egreditur petiolus craſſus, cavus, intumeſcens, rigeſcens, penis virilis figuram referens, & foetorem ſpirans teterrimum; is terminatur capitulo parvo, conico, concavo, viſcido, reticulato. Viſcidum illud fungo maturo nigreſcit, & colliqueſcit. Oelhafius hunc Phallum locis arenoſis auf dem Wall, & quidem verno tempore repertum, adfirmat.

† 2. *Phallus pileo ovato, ſtipite nudo rugoſo. L.* Morchel. Hic Phallus volva deſtituitur, & pileus ſubtus undique adnectitur. Varietates, capitulo longiore, faſtigiato, aut breviore, globoſo, obtuſo, colore albo, rutilo, vel fuſco, petiolo craſſo vel tenuiore, longiore vel breviore, pleraeque edules; in ſylvis & aliis locis, vere potius quam autumno.

## 333. ELVELA.

Fungus variae figurae, ſuperne & inferne laevis, petiolatus vel acaulis.

†. *Elvela pileo deflexo adnato lobato diffórmi. L.* Elvela petiolata, lamina in formam capituli deorſum plicato-laciniata & criſpa, petiolo fiſtuloſo, ſtriato & rimoſo. Gled. variis locis creſcit.

## 334. PEZIZA.

Fungus acaulis campanulatus, ſemina orbiculata intra cavitatem continens.

† 1. *Peziza campanulata lentifera. L.* Fungus minimus, ligneis tabulis areolarum hortorum adnaſcens. B. Fungus pyxioides ſeminifer. Loeſel. Becherſchwamm.

ſchwamm. Fungus hic minimus in hortis ſoepe reperitur, ubi aſſeribus ſepium vetuſtis pineis gregatim adnaſcitur, primum ochrae colore, poſtea maturis ſeminibus intus cinereus, extrorſum nigricans.

## 335. CLAVARIA.

Fungus perpendicularis, ſimplex vel ramoſus, apice obtuſo vel acuminato, ſuperficie unica.

† 1. *Clavaria clavaeformis ſimpliciſſima. L.* colore luteo, in ſylvis ad radices arborum.

† 2. *Clavaria ramoſo-cornuta compreſſa. L.* Fungus ramoſus niger compreſſus parvus, apicibus albidis. Raj. Hanc Clavariae ſpeciem in horto meo offendi, ad baſin parietis pinei natam, libero äeri expoſitam, ſed ſole deſtitutam, nec adeo parvam, cum digitos duos ad minimum altitudine aequaret, coeterum formoſam, ramis atris, apicibus candidis.

## 336. LYCOPERDON.

Fungus ſubrotundus, ſeminibus farinaceis impalpabilibus repletus, apice dehiſcens.

1. *Lycoperdon ſubrotundum, lacerato dehiſcens. L.* Fungus rotundus orbicularis. B. Boviſt. Fungus maximus, in terra ſeſſilis, pilam albam referens, ſubſtantiae coriaceae, quae matura dehiſcit, ſeminibus innumerabilibus repleta, quae inſtar leviſſimi pulveris lutei vel fuſci a ventis late per auram ſparguntur; in ſylvarum confiniis & campis ſterilibus paſſim reperitur. Varietas multo minor, coloris albi vel griſei, in hortis arborum corticibus aut ſubſtantiae ligneae, amputatione ramorum laeſae & putreſcentis, inſidet.

*Fungi.*

## 337. MUCOR.

Fungus vesicula subrotunda, in qua semina numerosa, adfixa receptaculis criniformibus.

† 1. *Mucor stipitatus, capsula globosa. L.* Schimmel. in pane, plantis & aliis putridis.

† 2. *Mucor stipitatus, capitulo subrotundo aggregato. L.* in fructibus putrescentibus.

† 3. *Mucor stipitatus, spicis digitatis. L.* in cibis corruptis.

† 4. *Mucor albus, capitulis, fuscis sessilibus. L.* in foliis Aceris, locis umbrosis & tempore pluvio.

† 5. *Mucor perennis stipite filiformi nigro, capitulo globoso cinereo. L.* in muris, lignis & saxis.

AD-

# ADPENDIX.

Opere abſoluto & jam quoad partem transmiſſo obtinui *Chriſt. Menzelii Centuriam Plantarum circa Gedanum ſponte naſcentium, adjectam Appendicis loco ad Elenchum Oelhafii* 1650. cujus in praefatione memini. Nec mirum, poſt 113 annos rariſſimam jam eſſe, licet Gedani impreſſa, cum ſesqui plagula tantum conſtet, quae longi injuriam temporis perpeſſa oculis & muſaeis ipſis ſe ſubtraxit. Mirandum tamen, Eichſtadium editioni ſecundae Elenchi, quae ſexto poſt Menzelii Centuriam anno prodiit, pauciſſimas ex his inſeruiſſe. Cum igitur praeter paucas has inſertas, praeter alias a me quoque repertas & hoc Tentamine jam comprehenſas, & praeter nonnullas in mari ipſo naſcentes & fluctibus tantum ad littora ejectas, adeoque indigenis vix adnumerandas, adhuc 32 ſpecies a me non viſas in Centuria iſta invenerim, eas per Adpendicem hic adnectere placuit; licet adfirmare non auſim,

adhuc hodie inter indigenas reperiri. Pleraeque in locis ab urbe longius diſſitis inventae ſunt; & cum praeter nomen Bauhini cum aliquot ſynonymis, locoque & tempore florendi, nihil a Menzelio additum, in nonnullis notas quasdam ex Auctoribus adjunxi, & nomen Linnaei cum characteribus generum nondum adductorum, more in Tentamine obſervato, praefixi.

# Claſſis II.

## *DIANDRIA.*

### *A. Monogynia.*

#### *a. corolla monopetala.*

#### 4. VERONICA.

13. *Veronica floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo longioribus. L.* Alſine veronicae foliis, floſculis cauliculis adhaerentibus. B. in agris & montibus nach dem Heil. Brunnen, Majo. Planta humilis, ramulis lateralibus flores coerulei inſident.

Clas-

# Classis III.
## *TRIANDRIA.*

### *B. Digynia.*
#### *a. calyce unifloro.*

### 15. PANICUM.

2. *Panicum spicis aggregatis, basi interiore nodosis, floseulis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. L.* Gramen dactylon folio latiore. B. via vom Leuen Schottland nach dem Oliwischen Wald, Julio. Haec Panici species in summitate cujusvis culmi spicas plures aggregatas gerit, quarum locustae acutis & rigidis mucronibus nares aut faciei cutem pungunt, si paulo fortius admoventur, hinc Gramen ischaemum, Blutgras, vocatur. Semina dulcia & esculenta sunt, quia Gramen dactylon esculentum B. Germ. Schwaden, ab hac specie fere non differt, nisi cultura, sicut supra jam memini, ubi de Festucae specie, quae nobis Schwaden, egi.

Ad hanc Classem adhuc referendum *Gramen sparteum primum panicula comosa B.* quod Menzelius in palustribus locis bey der Weichselmünde, Majo & Junio vidisse testatur. Rarissimum esset, si revera apud nos cresceret, aut olim crevisset. Hujus enim nec Linnaeus nec Scheuchzerus meminit. Tabernaemontanus figuram ex Clusio desumtam praebet, & Spartum Plinii esse, nec nisi in Hispania sponte nasci, adfirmat.

# Claſſis IV.

## *TETRANDRIA.*

### *A. Monogynia.*

#### *a. floribus aggregatis.*

#### 35. SCABIOSA.

4. *Scabioſa corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. L.* Scabioſa multifido folio, flore flaveſcente. B. confertim in montibus ad littora maris bey Redlau, Julio.

### *B. Digynia.*

#### 43. b. APHANES.

*Cal.* monophyllus tubulatus, ore octopartito, laciniis alternis minimis. *Cor.* nulla. *Stam.* minima, ori calycis impoſita, antherae ſubrotundae. *Piſt.* germina ovata, ſtyli filiformes, germinibus ad baſin inſerti, ſtigmata capitata. *Peric.* nullum. *Sem.* duo ovata, compreſſa, in fundo calycis, cujus os connivet, latentia.

1. *Aphanes arvenſis. L.* Chaerophyllo nonnihil ſimilis. B. in magna copia hinter der Kolbude in agris, Majo & Junio. Planta humilis, foliis cerefolii, floſculis viridibus. Linnaeus ad Alchemillam proxime adcedere dicit.

Clas-

# Classis V.

## PENTANDRIA.

### A. Monogynia.

#### b. floribus monopetalis angiospermis.

### 68. CAMPANULA.

7. *Campanula hispida, racemo ovato-oblongo terminali, caule simplicissimo, foliis lanceolato-linearibus. L.* Campanula foliis echii. B. in montibus bey dem Bärenwinkel, Julio.

### 69. b. NICOTIANA.

*Cal.* ovatus, semiquinquefidus. *Cor.* infundibuliformis, tubus calyce longior, limbus semiquinquefidus, quinqueplicatus. *Stam.* subulata, inclinata, antherae oblongae. *Pist.* germen ovatum, stylus filiformis, stigma emarginatum. *Peric.* capsula ovata, bilocularis. *Sem.* numerosa, reniformia.

1. *Nicotiana foliis ovatis. L.* Nicotiana minor. B. wilder Taback. bey Prangschin, Julio. Flores lutei. Linnaeus plantam ex America advectitiam dicit, Tabernaemontanus in Germania peregrinam, Ruppius & Bergen in hortis tantum reperiri adserunt. Dubitandum ergo, an sponte apud nos floruerit, forte casu quodam in isto loco reperta.

### 69. c. LONICERA.

*Cal.* parvus, quinquepartitus, germini insidens. *Cor.* monopetala, tubo oblongo, gibbo, limbo

limbo quinquepartito, laciniis revolutis. *Stam.* ſubulata, antherae oblongae. *Piſt.* germen ſubrotundum, ſtylus filiformis, ſtigma obtuſum. *Peric.* baccae duae, eidem baſi inſiſtentes. *Sem.* ſubrotunda, compreſſa.

1. *Lonicera pedunculis biſloris, baccis diſtinctis, foliis integerrimis pubeſcentibus. L.* Chamaeceraſus dumetorum fructu gemino rubro. B. hinter Zoppott, Majo.

## B. *Digynia.*

### a. *floribus ſparſis.*

### 78. GENTIANA.

4. *Gentiana corollis quinquefidis hypocrateriformibus, fauce barbatis. L.* Gentiana autumnalis ramoſa. B. in locis humidis, Auguſto. Folia oppoſita, inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia, foliis plantaginis ſimilia. Caulis ſuperne in ramulos dividitur, quibus flores e coeruleo purpuraſcentes inſident.

5. *Gentiana corollis quinquefidis campanulatis punctatis, calycibus quinquedentatis. L.* Gentiana major flore punctato. B. iisdem locis & temporibus. Flores pallidi.

### c. *floribus umbellatis.*

1. involucro univerſali & partiali.

### 81. BUPLEURUM.

2. *Bupleurum involucellis pentaphyllis ovatis, univerſali ſubpentaphyllo, foliis ſubamplexicaulibus. L.* Perfoliata montana latifolia. B. in ſylvis bey der Kolbude, Julio. Folia radicalia petiolata, ſuperiora ovata amplexicaulia. Involucrum univerſale tri-vel pentaphyllum, partiale pentaphyllum, longitudine floſculorum.

Claſſis

# Classis X.

## *DECANDRIA.*

### *A. Monogynia.*

#### 134. PYROLA.

3. *Pyrola scapo unifloro. L.* Pyrola rotundifolia minor. B. im Jaschkenthal, Majo. Planta ex minoribus, flos singularis, albus, odoriferus, amplior.

#### 134. b. ARBUTUS.

*Cal.* minimus, quinquepartitus. *Cor.* monopetala, ore quinquefido, laciniis parvis, revolutis. *Stam.* ventricosa, basi tenuissima, antherae bifidae, nutantes. *Pist.* germen globosum, receptaculo insidens, stylus cylindraceus, stigma obtusum. *Peric.* bacca subrotunda, quinquelocularis. *Sem.* parva, ossea.

1. *Arbutus caulibus procumbentibus, foliis rugosis serratis. L.* Vitis idaea foliis oblongis albicantibus. B. in paluſtribus locis insulae Neringae, Majo & Junio. Folia petiolata, venis distincta, baccae virides, postea rubrae, demum nigrae, succulentae, edules, seminibus albis. Arbutus cum Vaccinio in pluribus convenit.

#### 134. c. MONOTROPA.

*Cal.* nullus. *Cor.* petala decem oblonga, apicibus serratis, decidua, alterna exteriora. *Stam.* subulata, antherae simplices. *Pist.* germen acuminatum,

natum, ſtylus cylindraceus, ſtigma capitatum. *Peric.* capſula ovata, pentagona, quinquevalvis. *Sem.* numeroſa, paleacea.

1. *Monotropa floribus lateralibus octandris, terminali decandro. L.* Orobanche quae Hypopithys dici poteſt. B. in ſylvis um die Kolbude, Junio & Julio. Linnaeus paraſiticam radicum dicit.

## C. *Trigynia.*

### 140. CUCUBALUS.

2. *Cucubalus calycibus campanulatis, petalis diſtantibus, fructu colorato, ramis divaricatis. L.* Alſine ſcandens baccifera. B. in pago Giſchkau, Julio.

# Claſſis XII.

## *ICOSANDRIA.*

## E. *Polygynia.*

### 163. POTENTILLA.

5. *Potentilla foliis digitatis, caule repente, pedunculis unifloris. L.* Quinquefolium majus repens. B. neben und im Jaſchkenthal, Junio. Quodvis folium quinque conſtat foliolis venoſis, ſerratis, in orbem ſparſis. Flores lutei.

Clas-

# Classis XIII.

## POLYANDRIA.

### A. Monogynia.

#### 171. b. CISTUS.

*Cal.* pentaphyllus, foliolis subrotundis, concauis, quorum duo alterna minora. *Cor.* petala quinque, subrotunda, patentia, magna. *Stam.* numerosa, capillaria, antherae parvae. *Pist.* germen subrotundum, stylus simplex, stigma planum. *Peric.* capsula subrotunda, tecta. *Sem.* numerosa, parva.

1. *Cistus suffruticosus procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis. L.* Chamaecistus vulgaris flore luteo. B. in collibus gegen dem Bärenwinkel, Majo & Junio. Hujus plantae jam in Tentamine sub finem generis 171 memini, quam ut indigenam manu ignota notatam inveni. Menzelius ergo rem confirmat. Folia opposita, angusta, acuta, nervo per medium ducta. Racemi, teste Linnaeo, ante floreſcentiam nutantes; petala flava, annulo fulvo receptaculum ambiente.



Clas-

# Classis XIV.

## *DIDYNAMIA.*

### *A. Gymnospermia.*

#### *a. calyce subquinquefido.*

#### 185. MENTHA.

4. *Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus. L.* Pulegium latifolium. B. Boley. ad ripas fluminis der Rebaun, Julio. Planta in hortis nota, quam sponte nascentem nondum observaveram.

#### *b. calyce bilabiato.*

#### 198. b. MELITTIS.

*Cal.* campanulatus, teres, labium superius emarginatum, inferius brevius, bifidum. *Cor.* tubus angustus, labium superius erectum, planum, subrotundum, inferius trifidum, lacinula media majore crenata. *Stam.* subulata, intermedia breviora, antherae bifidae in crucem conniventes. *Pist.* germen villosum.

1. *Melittis melissophyllum. L.* Lamium montanum melissae folio. B. in sylvis passim, Junio. Flores purpurascentes, vel albi, aut versicolores.

Classis

# Classis XV.

## *TETRADYNAMIA.*

### *B. Siliquosa.*

#### 218. b. ARABIS.

*Cal.* foliola duo majora, ovato-oblonga, concava, duo reliqua linearia. *Cor.* petala ovata, patentia, ungues longitudine calycis. *Stam.* subulata, antherae cordatae, erectae. *Pist.* germen longitudine staminum, stylus nullus, stigma obtusum. *Peric.* siliqua compressa, longissima, torulis ad semina inaequalis. *Sem.* plurima, compressa.

1. *Arabis foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. L.* Bursae pastoris similis siliquosa major, & minor. B. prior ad littora maris hinter Zoppott, altera passim in agris Olivianis, Junio & Julio.

# Classis XVI.

## *MONADELPHIA.*

### *A. Decandria.*

#### 219. GERANIUM.

6. *Geranium pedunculis bifloris, foliis peltatis incisoserratis, caule erecto. L.* Geranium batrachioides folio aconiti. B. ad ripas fluminis der Radaun

bey Prangschin, Julio. Folia longis petiolis fulta, flores coerulei.

7. *Geranium pedunculis unifloris, foliis quinquepartitis trifidis orbiculatis. L.* Geranium sanguineum maximo flore, ibidem, Julio.

# Classis XVII.

## *DIADELPHIA.*

### *C. Decandria.*

#### *b. staminibus diadelphis.*

### 227. LATHYRUS.

3. *Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ensiformibus. L.* Lathyrus sylvestris major. B. hinter Schönfeld, auch Zoppott, Junio.

### 228. VICIA.

6. *Vicia leguminibus sessilibus, reflexis, pilosis, solitariis, pentaspermis, corollae vexillis glabris. L.* Vicia sylvestris lutea, siliqua hirsuta. B. passim in dumetis, Junio & Julio.

### 235. MEDICAGO.

3. *Medicago leguminibus cochleatis, stipulis dentatis, caule diffuso. L.* Trifolium cochleatum fructu nigro hispido. B. in montibus gegen der Kalkschanz über, Majo.

Clas-

# Classis XIX.

## SYNGENESIA.

### B. Polygamia superflua.

#### a. corolla tubulata.

#### 260. GNAPHALIUM.

6. *Gnaphalium caule erecto diviso, floribus pyramidatis lateralibus axillaribusque. L.* Gnaphalium minus repens. B. in montibus hinter dem Schottland nach Schönfeld, Julio. Folia linearia, flores lutescentes.

### C. Polygamia frustranea.

#### 272. CENTAUREA.

5. *Centaurea calycibus ciliatis terminali sessilibus, foliis tomentosis bipinnatifidis, lacinulis linearibus. L.* Jacea montana candidissima, stoebes foliis. B. ad flumen Rodaun bey Prangschin. Linnaeus hanc speciem in Italia reperiri testatur.

6. *Centaurea. L.* Jacea montana incana odora. B. in montibus bey dem Bärenwinkel, Julio. Folia pinnata pinnulis linearibus, flores purpurei. Linnaeus hanc Bauhini speciem non citat.

# Classis XX.

## GYNANDRIA.

### A. Diandria.

### 275. ORCHIS.

6. *Orchis bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. L.* Orchis palmata paluſtris latifolia. B. in locis paluſtribus Majo & Junio. Huic fere ſimilem ſub ſpecie 5ta in Tentam. obſervavi, uti illic adnotavi.

### 276. OPHRYS.

4. *Ophrys bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis cordatis. L.* Ophrys minima. B. bey der Kolbude, Julio. Haec planta differt a ſpecie 3tia, quam idem Menzelius circa Gedanum obſervavit & in Pugillo rarior. plantar. protulit, in hac Centuria vero omiſit, aut tum forte nondum vidit, vel alteri Centuriae ſervavit, prout in fine hujus promiſerat, quae tamen lucem non vidit.

Clas-

# Classis XXII.

## *DIOECIA.*

### *B. Triandria.*

### 295. b. EMPETRUM.

*Cal.* tripartitus, laciniis ovatis. *Cor.* petala tria ovato-oblonga. *Stam.* capillaria, longissima, propendentia, antherae bipartitae. Femina. *Cal.* & *Cor.* ut in mare. *Pist.* germen depressum, stylus vix ullus, stigmata novem. *Peric.* bacca orbiculata, unilocularis. *Sem.* novem, in orbem posita.

1. *Empetrum procumbens. L.* Erica baccifera procumbens nigra. B. in paluſtribus locis, Majo & Junio. Planta late repens, ramulis lignosis fuscis flexilibus, foliis anguſtis sparsis, fructibus atrocoeruleis, intus viridibus, viscosis.

# Classis XXIV.

## CRYPTOGAMIA.

### C. Algae.

### 324. LICHEN.

13. *Lichen fruticulosus perforatus ramosissimus, ramulis nutantibus. L.* Muscus terrestris coralloides erectus, corniculis ruffescentibus. B. bey der Münde, Junio. Hujus Varietas: Muscus terrestris coralloides seu cornutus montanus. B. ibidem. Tabernaemontanus iconem hujus plantae dedit.

# INDEX GENERUM.

*Numeri Genus indicant, litterae b. vel c. adjectae Adpendicem.*


A.

Acer 304
Achillea 270
Aconitum 173
Acorus 117
Actaea 167
Adoxa 131
Aegopodium 101
Aethusa 94
Agaricus 329
Agrimonia 152
Agrostemma 146
Agrostis 18
Aira 21
Ajuga 181
Alchemilla 41
Alisma 122
Allium 111
Alopecurus 17
Alsine 105
Alyssum 211
Anagallis 57
Anchusa 54
Anemone 176
Angelica 89
Anthemis 269
Anthericum 114
Anthirrinum 204
Anthoxanthum 9
Anthyllis 225
Aphanes 43. b
Apium 100
Aquilegia 174
Arabis 218. b
Arbutus 134. b
Arenaria 143
Arctium 250
Artemisia 259
Arundo 20
Asarum 150
Asparagus 115
Asperugo 52
Asperula 38
Astragalus 232
Athamanta 86
Atriplex 306
Avena 29

B.

Ballota 190
Bellis 266
Berberis 119
Betonica 184
Betula 284
Bidens 256
Boletus 330
Borago 50
Briza 24
Bromus 31
Brunella 198

Bryonia 294
Bryum 319
Bupleurum 81
Butomus 132
Byſſus 328

C.

Calla 279
Callitriche 2
Caltha 180
Campanula 68
Cannabis 297
Cardamine 213
Carduus 252
Carex 283
Carlina 255
Carpinus 291
Centaurea 272
Ceraſtium 148
Chaerophyllum 95
Chara 325
Chelidonium 168
Chenopodium 75
Chondrilla 241
Chryſanthemum 267
Chryſoplenium 135
Cichorium 249
Cicuta 93
Circaea 8
Ciſtus 171. b
Clavaria 335
Clinopodium 194
Clypeola 212
Cnicus 253
Comarum 166
Conferva 327
Conium 84
Convallaria 116
Convolvulus 61
Coreopſis 271
Cornus 40
Coronilla 230
Corylus 292
Crataegus 157
Crepis 245
Cucubalus 140
Cuſcuta 43
Cynogloſſum 53
Cynoſurus 26
Cypripedium 278

D.

Dactylis 25
Daphne 128
Datura 62
Daucus 83
Delphinium 172
Dianthus 139
Digitalis 206
Dipſacus 36
Draba 208
Droſera 109

E.

Echium 46
Elvela 333
Empetrum 295. b
Epilobium 125
Equiſetum 308
Erica 127
Erigeron 262
Eriophorum 13
Ervum 229
Eryngium 79

Eryſimum 215
Evonymus 71
Eupatorium 257
Euphorbia 154
Euphraſia 201

F.

Fagus 290
Feſtuca 32
Fontinalis 316
Fragaria 162
Fraxinus 307
Fumaria 221

G.

Galeopſis 188
Galium 39
Gentiana 78
Geranium 219
Geum 165
Glaux 69
Glecoma 186
Globularia 34
Gnaphalium 260

H.

Hedera 73
Heracleum 88
Herniaria 74
Hieracium 244
Hippuris 1
Holcus 303
Holoſteum 33
Hordeum 27
Hottonia 59
Humulus 298
Hydnum 331
Hydrocharis 301
Hydrocotyle 102
Hyoſcyamus 63
Hyoſeris 246
Hypericum 236
Hypnum 320
Hypochoeris 247

I.

Impatiens 274
Inula 265
Iris 11
Juncus 118
Jungermannia 321
Juniperus 302

L.

Lactuca 240
Lagurus 19
Lamium 187
Lapſana 248
Laſerpitium 87
Lathraea 203
Lathyrus 227
Ledum 133
Lemna 280
Leontodon 243
Leonurus 192
Lepidium 209
Lichen 324
Liguſticum 91
Liguſtrum 3
Lilium 112
Linum 108
Lithoſpermum 48

Lolium 30
Lonicera 69. c
Lotus 234
Lychnis 147
Lycoperdon 336
Lycopodium 313
Lycopsis 51
Lycopus 6
Lysimachia 56
Lythrum 151

M.

Malva 220
Marchantia 322
Marrubium 191
Matricaria 268
Medicago 235
Melampyrum 202
Melica 22
Melissa 196
Melittis 198. b
Mentha 185
Menyanthes 60
Mercurialis 300
Mnium 318
Monotropa 134. c
Mucor 337
Myagrum 207
Myosotis 55
Myosurus 110
Myriophyllum 287

N.

Nepeta 183
Nicotiana 69. b
Nymphaea 170

O.

Oenothera 124
Ononis 224
Onopordum 254
Ophioglossum 309
Ophrys 276
Orchis 275
Origanum 193
Ornithogalum 113
Ornithopus 231
Orobus 226
Osmunda 310
Oxalis 145

P.

Panicum 15
Papaver 169
Parietaria 305
Paris 130
Parnassia 106
Pastinaca 98
Pedicularis 200
Peziza 334
Phalaris 14
Phallus 332
Phascum 315
Phellandrium 92
Phleum 16
Phyteuma 67
Pimpinella 99
Pinus 293
Plantago 37
Poa 23
Polygala 222
Polygonum 129
Polypodium 312

Polytrichum 317
Populus 299
Potamogeton 44
Potentilla 163
Prenanthes 242
Primula 58
Prunus 156
Pteris 311
Pulmonaria 47
Pyrola 134

Q.

Quercus 289

R.

Ranunculus 178
Raphanus 218
Reseda 153
Rhamnus 70
Rhinanthus 199
Ribes 72
Riccia 323
Rosa 160
Rubus 161
Rumex 120

S.

Sagina 45
Sagittaria 288
Salix 295
Salsola 76
Salvia 7
Sambucus 104
Sanicula 80
Saponaria 138
Saxifraga 136
Scabiosa 35
Scandix 97
Scirpus 12
Sceleranthus 137
Scorzonera 238
Scrophularia 205
Scutellaria 197
Sedum 144
Selinum 85
Sempervivum 155
Senecio 263
Serapias 277
Serratula 251
Seseli 96
Silene 141
Sinapis 217
Sisymbrium 214
Sium 90
Solanum 66
Solidago 264
Sonchus 239
Sorbus 158
Sparganium 282
Spartium 223
Spergula 149
Sphagnum 314
Spiraea 159
Stachys 189
Statice 107
Stellaria 142
Stratiotes 175
Symphytum 49

T.

Tanacetum 258
Teucrium 182
Thalictrum 177

Thlaſpi 210
Thymus 195
Tilia 171
Tordylium 82
Tormentilla 164
Tragopogon 237
Trapa 42
Tremella 326
Trientalis 123
Trifolium 233
Triglochin 121
Triticum 28
Trollius 179
Turritis 216
Tuſſilago 261
Typha 281

V.

Vaccinium 126
Valeriana 10
Verbaſcum 64
Verbena 5
Veronica 4
Viburnum 103
Vicia 228
Vinca 65
Viola 273
Viſcum 296
Ulmus 77
Urtica 285

X.

Xanthium 286

# INDEX SYNONYMORUM.

A.

Abrotanum 259
Abſinthium 259
Acetoſa 120
Acetoſella 145
Aconitum 167
Acorus 11
Adiantum 317
Alcea 220
Alliaria 215
Alnus 70. 284
Aloe 175
Alſinanthemon 123
Alſine 4. 69. 142. 143. 148. 149. adp.
Anagallis 4
Angelica 101
Anonis 224
Anſerina 163
Aparine 39
Apium 85. 86
Archangelica 89
Aſter 265
Atriplex 75

B.

Balſamina 274
Barba caprae 159
Bellis 34. 267
Biſtorta

Biſtorta 129
Boletus 331
Braſſica 216
Bugloſſum 50—52. 54
Bugula 181
Buphtalmum 269
Burſa paſtoris 208. 210. adpend.

C.

Calamintha 185. 196
Cannabina 188. 256. 271
Carduus 251. 253
Carvifolia 96
Caryophyllata 165
Caryophyllus 33. 107. 139. 142. 147. 148
Caucalis 82
Centaurium minus 78
Ceraſus 156
Cervicaria 68
Chaerophyllo non nihil ſimilis adpend.
Chamaeceraſus adpend.
Chamaeciſtus adpend.
Chamaedrys 4. 182
Chamaemelum 268. 269
Chelidonia 178
Chondrilla 240
Chriſtophoriana 167
Chryſanthemum 269
Cicercula 227
Cicuta 84. 94
Cicutaria 91. 92
Ciſtus 133
Clematis 65
Clinopodium 195
Cnicus 255
Conſolida 49. 172. 181
Convolvulus 129
Conyza 262. 263. 265
Cotula 269
Cyanus 272
Cynogloſſum 55
Cyperoides 283

D.

Dens leonis 243
Dentaria 203
Dracunculus 270. 279

E.

Echium 55
Elichryſon 260
Equiſetum 1. 325
Erica adpend.
Erinaceus 331
Eruca 214
Eryſimum 214
Eupatorium 152. 271

F.

Filipendula 159
Filix 311. 312
Frangula 70

G.

Geniſta 223
Gentianella 78
Gladiolus 11

Glycirrhiza 232
Gramen 9. 12—32. 106. 113. 121. 142. 283. 303. adpend.
Groſſularia 72

H.

Hedera 186
Helleborine 277. 278
Heracantha 255
Hieracium 239. 243. 245—247
Holoſteo affinis 110
Horminum 7

I.

Jacea 272. adpend.
Jacobaea 263
Juncus 12. 132

K.

Kali 76

L.

Ladanum 188
Lagopodium 225
Lamium 188. 189. adpend.
Lapathum 75. 120
Lappa 250. 286
Laureola 128
Lenticula 2. 280
Libanotis 86
Lichen 322
Lilium convallium 116
Linaria 204
Loto affinis 225
Lunaria 310
Lupulus 298
Luteola 153
Lychnis 140. 141. 146
Lyſimachia 124. 125. 151. 197

M.

Marrubium 6. 190. 192
Mentha 183
Meſpilus 157
Millefolium 59. 270. 287
Mollugo 39
Monorchis 276
Muſcus 313. 316. 320. 324. 326. 327. 329. 330. 332. 334. 335. adpend.
Myagrum 215
Myrrhis 95. 97
Myrtillus 126

N.

N.

Naſturtium 209. 213. 214
Nummularia 56
Nymphaea 60. 301

O.

Onagra 124
Orchis 276
Oreoſelinum 86
Ornithopodium 231
Orobanche 203. adpend.
Oſtrya 291
Oxycoccus 126

P.

Paſtinaca 83
Pedicularis 199
Peplus 154
Perfoliata adpend.
Perſicaria 129
Petaſites 261
Phalangium 114
Piloſella 244
Plantago 122
Polygonatum 116
Polygonum 74. 127. 137. 147
Populago 180
Potamogeton 129
Ptarmica 270
Pulegium adpend.
Pulmonaria 244
Pulſatilla 176
Pyrola 123

Q.

Quinquefolium 163. 166. adpend.

R.

Ranunculus 102. 131. 176 179
Raphaniſtrum 218
Raphanus 214
Rapiſtrum 217
Rapunculus 67. 68
Rosmarinum 133
Ros ſolis 109

S.

Sagitta 288
Sambucus 103
Saxifraga 135
Scabioſa 272
Securidaca 230
Sedum 155
Sempervivum 144
Serpyllum 195
Sideritis 184. 188
Sigillum Salomonis 116

Sium 93
Solanifolia 8
Solanum 62. 130
Soncho affinis 248
Sonchus 242
Sophia Chirurgorum 214
Spergula 108
Sphondylium 88
Spina alba 254
Stellaria 2
Stramonium 62
Succisa 35
Symphytum 47

## T.

Tanacetum 267
Taraxacon 243
Telephium 144
Thlaspi 211. 212
Tithymalus 154
Tribulus 42
Trifolium 60. 145. 176. 235. adpend.

## V.

Vicia 229
Virga aurea 263. 264
Vitis idaea 126. adpend.
Umbilicus Veneris 102
Unifolium 116
Volubilis 129
Urtica 188
Vulvaria 75

# Register.


A.

Ackeley 174
Ackerknoblauch 111
Ackermünz 185
Ackerstrausgras 18
Ackerzwiebel 113
Augentrost 201

B.

Bachbungen 4
Bachmünze 185
Bärenklau 88
Bärlapp 313
Baldrian 10
Ballrosen 103
Becherschwamm 334
Betonick 184
Beyfuß 259
Biberklee 60
Bibernell 99
Bilsenkraut 63
Binsen 12
Birke 284
Blaubeeren 126
Blumengras 142
Blutgras adpend.
Bocksbart 237
Bocksbeeren 161
Bofist 336
Brombeeren 161
Brunnkreß 214
Buche 290
Buchwinde 129
Butterblum 243

C.

Carthäusernelken 139
Chamillen 268
Champignon 329
Cornelbaum 40

D.

Distel 252. 254. 255
Dost 193
Dotterblum 180
Drespe 30. 31
Dreyfaltigkeitsblum 273

E.

Ehrenpreis 4
Eiche 289

Eisenhütlein 173
Eisenkraut 5
Ellernbaum 284
Elzbeeren 157
Engelsüß 312
Entenfloot 280
Epheu 73
Erdbeeren 162
Erdspinnenkraut 114
Esche 307
Espe 299

## F.

Farnkraut 311. 312
Faulbaum 70
Feigwarzkraut 178
Feldkümmel 195
Fettkausch 10
Fichte 293
Fingerhutsblum 206
Flachsgras 13
Flachsseiden 43
Flieder 104
Fliegenschwamm 329
Flittergras 24
Frauenschuh 278
Froschbiß 301
Fünffingerkraut 163

## G.

Gänsdistel 239
Gänseblum 267
Gänserich 163
Gauchheil 57
Geisbart 159
Geniſt 223
Giersch 101
Goldblum 267
Gundelreben 186
Guter Henrich 75

## H.

Habichtkraut 244
Hagebüchen 291
Hagedorn 157
Hanbutten 160
Hanenfuß 178
Hanf 297
Haselstrauch 292
Haselwurz 150
Hasenkol 239
Haubechel 224
Hauslaub 155
Hederich 217
Heermooß 308
Heidekraut 127
Herzgespann 192
Hinnbeeren 161
Holwurz 221

Hopfen 298
Hundszunge 53

J.

Jacobskraut 263
Je länger je lieber 66
Igelsknospen 282
Johanniskraut 236
Johannistrauben. 72

K.

Kaddig 302
Kalmus 117
Kartendistel 36
Katzenmünz 183
Katzenpfötlein 260
Kellerhals 128
Kerzenkraut 64
Klapper 199
Klebkraut 39. 52
Klee 233
Klette 250. 286
Knoblauchkraut 215
Kol wilder 216
Kornblum 272
Kreutzblum 222
Kreutzkraut 263
Kuhweitzen 202
Kunigundenkraut 257

L.

Leberblum 176
Leckritz 232
Leindotter 207
Lilien Convallien 116
Linde 171
Linenbaum 304
Lungenkraut 47

M.

Marienblum 266
Mariengras 303
Mausöhrlein 244
Mehlbeeren 157
Melte 75
Mire 105
Mistel 296
Mohn 169
Morchel 332
Moßbeeren 126
Mummeln 170

N.

Nachtschatten 66. 275
Narrenkolben 281
Natterwurz 129
Natterzünglein 309
Nelken 139
Nessel 187. 188. 285

O.

Ochsenzunge 54
Odermennig 152

P.

Pappeln 220
Pastinack 98
Pestilenzwurz 261
Pfefferbaum 128
Pfeilkraut 288
Pfennigkraut 56
Pfifferling 329
Poley adpend.
Porsch 133
Preusselbeeren 126

Q.

Queckgras 28
Quitschen 158

R.

Raden 146
Rebarberbeeren 119
Reinfahre 258
Reitzke 329
Ritterspörn 172
Röster 77
Rohr 20
Romeyenblum 268
Rosen 160
Roßhuf 261

S.

Samkraut 44
Sanickel 80
Sauerampf 120
Sauerklee 145
Scabiose 35
Schachtelhalm 308
Schafgarbe 270
Schierling 84
Schimmel 337
Schleedorn 156
Schlüsselblum 58
Schwaden 32
Schwalbenkraut 168
Seeblum 170
Seifenkraut 138
Sinnau 41
Sinngrün 65
Sonnenthau 109
Sorge 273
Spindelbaum 71
Spitzwegerich 37
Springkraut 274
Stachelnuß 42
Steinbrech 136
Storchschnabel 219
Süßholz 232

T.

T.

Taschenkraut 210
Taubenkropf 221
Tausendguldenkraut 78
Teufelsabbiß 35
Theernelken 147
Tormentill 164
Türkischer Bund 112

V.

Vergiß mein nicht 55
Violen 273
Ulmbaum 77
Vogelnest 83

W.

Wacholder 302
Waldmeister 38
Wasserlilien 11
Wasserlinsen 280
Wasserpfeffer 129
Wasserrettich 214
Wasserschierling 92
Wasserviol 59
Wegerich 37
Wegsenf 215
Wegtritt 129
Wegwart 249
Weidenbaum 295
Weiderich 56. 125
Wermuth 259
Wicken 227. 228
Widertodt 317
Wiesenkreß 213
Wiesenraute 177
Winde 61
Wintergrün 134
Wolfsbast 128
Wolfsmilch 154
Wucherblum 267

Z.

Zaunrübe 294
Zweyblatt 276

# EMENDANDA.

pro Ziegenort & Ziegenhof ubique legendum Tiegenort & Tiegenhof.

| | | | |
|---|---|---|---|
| pag. 65 | lin. | 1. | Kuyperdamm. |
| 68 | — | 1. | longitudine ſtaminum. |
| 69 | — | 15. | Ambae. |
| 72 | — | 7. | obtuſum. |
| 81 | — | ult. | ultimo excepto. |
| 96 | — | 11. | petala ſex. |
| 98 | — | 17. | adfiguntur. |
| 109 | — | 4. | alterna. |
| 112 | — | 7. | alterna. |
| 124 | — | 17. | gramineis. |
| - - | — | 19. | vero. |
| - - | — | 20. | campis. |
| 127 | — | 26. | abeunt. |
| 131 | — | 18. | *addatur* Tormentilla. |
| 135 | — | 5. | hederae. |
| 141 | — | 9. | carent. |
| 144 | — | 8. | Folia ternata, foliola. |
| 145 | — | 17. | tripartitis. |
| 161 | — | 6. | ramoſus. |
| - - | — | 12. | Varietas. |
| 169 | — | 12. | ſuperne. |
| - - | — | 24. | Semina. |
| 171 | — | 3. | hac prima Geranii ſpecie. |
| 195 | — | 10. | Recept. paleis diſtinctum. |

pag.

pag. 203 lin. 26. fuſco.

— — — antepenult. terminalibusque.

208 — 3. ſerrata, flores lutei.

211 — 20. flofculi.

223 — 22. Folia.

236 — 1. quae.

240 — 1. acutiſſimis.

257 — antepenult. lamellis.

258 — 4. † *deleatur.*

260 — 1. volvatus.

271 — antepenult. ducto.

235 de Populo nigra notandum, eam adhuc aliis Nehringiae locis reperiri, adeoque indigenam videri.

258 Agaricis addenda ſpecies illa, quam Germani Muſſeron vocant, petiolo longo, pileo parvo fuſco vel rufo, ſapore allii; in montibus am Jaſchkenthal, bey Karlkau, Auguſt.

GOTTFRIDI REYGER

TENTAMEN

# FLORAE GEDANENSIS

METHODO SEXUALI

ADCOMMODATAE

*TOMUS II.*

ADCESSIT

*IOANNIS PHILIPPI BREYNII*

VITA

ET

CHRISTIANI MENZELII

CENTURIA

PLANTARUM GEDANENSIUM.

*DANTISCI,*

APUD DANIEL LUDWIG WEDEL.

MDCCLXVI.

# FLORAE CEDANENSIS

# PRÆFATIO.

Poſt editum Floræ Gedanenſis Tentamen ulterior inveſtigatio plures mihi antea non viſas detexit plantas, præſertim poſtquam occaſionem nactus luſtrandi proventus ſylvarum & montium remotiorum, plantis rarioribus gignendis feliciſſimorum, quibus non ſpecies tantum & varietates ſed etiam genera augebantur. Adcedebant nonnullæ quas amicis debebam, in primis Viro Doctiſſimo *Joanni Reinholdo Forſter*, Miniſtro Eccleſiæ in Naſſenhof, qui, pro ſingulari quo fertur in hoc ſtudium amo-

re, quasdam ibidem vel in vicinia natas mecum communicavit, & plures sane communicavisset, nisi iter hoc anno in Russiam susceptum obstitisset. Hanc igitur duorum annorum collectionem tamquam Supplementum quoddam Floræ Gedanensi subnectere constitueram, nisi iterata Tentaminis perlustratio quædam adhuc addenda quædam corrigenda esse monuisset, adeoque & has additiones & novas plantarum adcessiones altero hoc Tomo comprehendere suasisset.

Dum enim non simplicem indigenarum sistere indicem, utpote parum profuturum, sed simul viam ad cognitionem earum monstrare in animo erat, huic scopo melius me satisfacturum intellexi, si descriptiones plantarum, ubi nimis breves vel minus adcuratæ, prolixiores, justiores redderem, & ubi nullæ

nullæ erant novas adderem, in primis in plantis cryptogamis, utique difficilius discernendis. Porro nomina specifica plantarum ab ipso Celeb. Equite a Linne in secunda Specierum editione passim immutata, quædam etiam herbæ ad alia genera translatæ, quas quidem mutationes hac occasione & Floræ Gedanensi adpropriare, adeoque omnia plantarum nomina ad hanc secundam editionem transformare consultum duxi. Nec minus e re fore credidi, si nomina trivialia, quæ in margine operis Linnæani leguntur, adderem, ut quælibet herba binis verbis nominari queat; hæc ergo nomini specifico & quidem alio charactere, ne cum illo confundantur, ubique inserendá judicavi. Tandem etiam, multorum desiderio morem gesturus, nomina germanica omnibus plantis adponere conatus sum, licet quandoque vaga & minus certa.

Nondum enim eo res deducta eſt, ut quodvis genus peculiari & proprio nomine germanico a botanicis adprobato nobis innoteſcat, quod quidem maxime optandum. Multo minus diverſæ ſpecies diverſis nominibus hactenus diſtinctæ. Nomina ergo paſſim uſitata ex variis libris adſcripſi, & ubi nulla reperi, ex formatione partium aut ex nomine triviali vel ex ſpecifico Bauhini impoſui.

His igitur rationibus permotus omnes prioris Tomi plantas hic denuo exhibui, nihil tamen præter nomen Linnæi ſpecificum & hoc quidem ab ipſo ſæpius immutatum repetens, ne jam dicta iterum proferam. Characteres ergo generum, ſynonyma, locus & tempus florendi in priore Tomo quærenda. Deſcriptiones, niſi aliquid immutandum aut addendum, hic pariter

ter omiſſæ. Plantæ noviter repertæ aut Adpendice Tomi I. complexæ hic ſuis locis inſertæ, & priores aſteriſco diſtinctæ, quibus additis numerus ſpecierum a 732 jam ad 868 excrevit, qui licet non adeo magnus, ut alios paſſim catalogos æquet, fertilitatem tamen ſoli noſtri abunde comprobat, cum hic non Flora regni aut provinciæ ſed paucorum milliarium exhibeatur, & cum certiſſimus ſim plura adhuc deeſſe, quæ aut plane non vidi, aut defectu floris vel aliis ex cauſſis non ſatis determinare potui, adeoque prætermittere malui, quam referre ad genera minus congrua.

Licet jam in priore Tomo plantas non a me ſed ab anteceſſoribus viſas nomine eorum citato diſtinxerim, hoc tamen conſulto ubique repetere volui, ne hallucinationes illorum, quæ utique

concedendæ & a me jam partim indicatæ ſunt, meas facerem. Quæcunque igitur *Oelhafius* in prima & *Eichſtadius* in ſecunda Elenchi editione, *Menzelius* vero in Centuria & Pugillo protulerunt, nec a me denuo viſa, pariter quæ ab utroque *Breynio* didici, aut ab amicis accepi, ſuis locis indicantur. Plura tamen, quæ in prima Parte ex Auctoribus tantum produxi, poſtea ipſe vidi, & hoc pariter adnotavi.

Huic Tomo vitam præfixi D. *Joannis Philippi Breynii*, quæ licet rudi ſtylo exarata, hic tamen commodum, reor, locum nacta. Merito enim inſignis botanici gedanenſis memoria inter flores patrios ſervatur, & debeo hoc qualecunque monumentum Viro ſinceræ pietatis, prolixæ eruditionis, ſummæque humanitatis, quocum per plures annos amicitiæ & neceſſitudinis vin-

vinculo conjunctus vixi, usque dum ingravescente ætate solitudinem omni consortio antehaberet. Utinam mihi de proposito plantas gedanenses colligendi tum constitisset, cum adhuc frequente ejus consuetudine fruerer, procul dubio non imperfectum Tentamen, sed absolutum indigenarum Catalogum, ampliſſima ipsius cognitione adjutus, exhibuissem. Ceterum relationi de liberis Breynii adjungendum est connubium filiæ relictæ cum Viro Doctissimo *Petro Castell* M. D. post obitum parentis initum, qui & museum Breynianum hodie possidet.

Ad finem libri addidi, quia jam rarissima est, *Plantarum Gedanensium Christiani Menzelii*, botanici postea celeberrimi & archiatri Electoris Brandenburgici, qui *Pugillo plantarum rariorum*, *Indice plantarum multilingui*,

aliisque scriptis inclaruit. Hac quidem Centuria ab ipso juvenilibus annis conscripta, antequam herbarum cognitionem ad eum perduxisset gradum, quem deinceps adeptus, quare non mirandum, si in uno aut altero erraverit, & plantis nomina minus convenientia adposuerit, sicuti n. 54, quod isto seculo facile fieri poterat, cum botanicorum adpellationes characteres plantarum nondum satis exprimerent. Hinc etiam nec synonyma nec synonymis auctores ubique juste junguntur; sic n. 22. Flos Solis & Pseudopanax chironium minus recte *Thalio* adscribitur, cui hæc planta Helianthemon Cordi audit. Interim summa Menzelii diligentia laudanda, qua tot ab Oelhafio prætermissas plantas una æstate detexit, quamquam e. 52. & 56. jam ab Oelhafio indicati, & prior quidem ab utroque falsè Hyoscyamus albus dicitur, cum

niger

niger ſolummodo Pruſſiæ indigena ſit. Ex dedicatione quoque vitæ ejus aliquantum lucis adfertur, quia exinde palam fit, qua ratione unum hunc annum tranſegerit, quem relicta academia regiomontana Gedani traduxit, quo tempore etiam Iacobo Breynio botanices elementa tradidit. Diutius quidem hic morari conſtituerat, ſed mutato conſilio, eodem quo Centuria prodiit anno, iter in Belgium perrexit, quare nec Index Plantarum Lappinenſium, cujus in dedicatione ſpem fecerat, nec altera, quam promiſerat, Centuria lucem viderunt. Ego hac nova editione plures typographi errores emendavi, & numeros plantis addidi.

Numeroſas prioris Tomi mendas tum quidem gemina pagella indicavi, leviores vero & mere orthographicas prætérii, licet ſæpius repetitas. Idem

in

in hoc altero Tomo egi, & minoribus quæ legendo facile emendantur omissis, potiores tantum, & quæ nomina vel sensum obfuscant aut verba prætermittunt, notavi, quæ tamen nimis longam efformant seriem, & quarum veniam ab æquo Lectore facilius spero, cum uterque Tomus non hic sed alibi prelo subjectus sit. Scrib. Gedani Ao. MDCCLXV. Pridie Kalend. Novemb.

VITA

# VITA

## JOANNIS PHILIPPI BREYNII

M. D. ACAD. IMP. NAT. CURIOS. ET SOC. REG. LOND. SODALIS.

Breynia gens ſtirpi perantiquæ & prænobili olim in Brabantia, *Braine-Alleud* ſeu *Brenniæ Allodii*, ſuam debet originem, ex qua *Matthias Brayne* 1585. tempore perſecutionis ſub Duce Albano, clam Antverpia relicta Veſaliam ſe contulit. Hujus poſteri partim Coloniæ, partim in Anglia & Belgio domicilium fixerunt, ex quibus *Jacobus*

*Breynius* primus Gedanum venit, ibidemque filium *Jacobum*, botanicum poſtea longe celeberrimum, genuit, qui, licet ſumma hujus artis ſcientia ſcriptisque editis famam haud vulgarem adeptus, profeſſionem botanices in Academia Leidenſi oblatam recuſavit, privatusque Gedani vivere maluit. Planta tamen ipſius nomine inſignita memoriam Viri æternum loquetur. Hoc ergo parente & matre *Sara Rogge* natus eſt *Joannes Philippus Breynius*. 1680. Aug. 5.

Primis optimarum artium ſtudiis in gymnaſio patrio eruditus, præſertim vero hereditariam quaſi botanicam ſub tanto patre feliciſſimo ſucceſſu edoctus, poſt hujus fata 1698. maritimo itinere in Belgium tendens, Academiam Lugduno-Batavam petiit, ibidemque omnia quæ futurum Medicum decent ſtudia ſummo ardore adgreſſus, per quatuor annos ab ore celeberrimorum in Phyſica & Medicina virorum, *Dekkeri*, *Hottonii*, *Boerhavii*, *Bidloo*, aliorumque pependit, anatomicis ipſe cultrum admovit, frequenter quoque diſputando ingenii vires monſtravit. Inprimis

primis tribus dissertationibus a se ipso conscrip is profectuum edidit specimina. Prima *de Galactosi* seu secretione lactis 1699 ventilabatur, in qua non sanguinem sed chylum materiam proximam lactis esse contendebat. Sequebatur 1700. altera & quidem amatissimæ sibi botanices duplicem tradens materiam; primam *de radicis Gin-sem seu Nisi* nomine, figura, differentia & viribus, quippe ipse ex paterna hereditate & ex munificentia *Witsenii* specimina aliquot possidebat; secundam *de Chrysanthemo Bidente Zeilanico, Acmella dicto*, planta a nemine adhuc descripta, quam laudato Witsenio debebat, in hujus vires pariter inquirens; ambarum plantarum icones subjiciebat. Tandem 1702 inauguralem *de Fungis officinalibus* & eorum usu in medicina scripsit, in qua de Agarico Laricis, de Fungo Sambuci, Lycoperdo & Boleto cervino egit. Hac ergo cum adplausu ventilata, 6 Julii laurea doctorali ornatus est.

Postea musis batavis valedicens iter ad exteras regiones meditabatur. Sed Galliam vetabat bellum hoc tempore de successione hispanica post obitum

Caroli II. ortum, jamque adeo late diffusum, ut Fœderati quoque Belgii limites attigerit. Hac tamen occasione copias Batavorum, sub Comite Athlonæ, prope Noviomagum 25 Julii sub signis collocatas, postera vero die Mosam tribus pontibus prope Gravam superantes vidit. Sequente Augusto in Angliam transvectus, Londinum venit, ubi statim celeberrimorum Botanicorum, *Petiverii*, *Sherardi*, *Pluckenetii* amicitiam sibi conciliavit, cum quibus, paribus studiis conjunctus, familiarissime vixit, ductuque eorum notitiam plantarum exoticarum insigniter ampliavit, dum non solum ingens, quam possidebant, siccarum copia ipsi quotidie patebat, sed & iisdem comitibus in præcipuis circa urbem hortis vivas lustrabat. Nec minus colloquio eruditissimorum per Angliam virorum sæpe fruebatur, musea frequentabat, animos sibi devinciebat, inter quos præcipui erant *Sloane*, *Cockburn*, *Mead*, *Woodward*, *Fluid*, *Cowper* aliique. Tanto enim tenebatur desiderio doctissimis ubique viris se probandi, & ex illorum consortio aliquid discendi, ut nec loco-

rum

rum distantia impeditus Essexiam petierit, ut *Rajum*, Epsoniam, ut *Listerum* salutaret. Archiepiscopum etiam Cantuariensem & Episcopum Londinensem invisit, a quibus honestissime exceptus & a priore mensæ admotus. Septemb. mense Oxoniam se contulit, ubi pro more suo, & insuper litteris commendatitiis instructus, eruditorum ambibat amicitiam, eorumque ope notabiliora, inprimis vero ad historiam naturalem spectantia, videbat, *Keilli* lectiones frequentabat physicas, celeberrimum *Wallisium*, tum jam 87 annorum, mente tamen & visu adhuc bene valentem, in diario suo inter amicos refert. Mense Octobri excursionem versus Bathoniam, ubi Regina aderat, Bristolium & vicinam Ducis de Beaufort domum instituit, ubi hortum exoticis plantis instructissimum offendit. Oxoniæ usque ad finem Februarii 1703 moratus, Londinum reversus est, ubi pristino more vixit, & vere adveniente plantas legit indigenas. Aprili mense Cantabrigiam profectus, amicitiaque D. *Hales* suffultus, quæcunque hæc Academia memoratu digna offerebat perlustravit,

inde Newmarket, Colceſtriam & Harvicum viſitans, denuo Londinum redux, ibi 1 Maji Reg. Soc. Lond. Sodalis deſignatus eſt; quippe multis Societatis membris jam amiciſſimus erat, quorum conventibus & ſæpe interfuerat, iisque ingenium ſatis probaverat.

Hoc itaque honore auctus, & jam decem menſes in Anglia degens, occaſionem quærebat, Italiam adeundi. Flagrante vero tunc undique bello, non alia commodior ſe offerebat, quam cum claſſe proficiſci, quæ Regi Carolo III. ſuppetias latura inſtruebatur, ut vela ad mare mediterraneum dirigeret. Hunc in finem amicitiam cum *Wollaſtono*, exercitus navalis medico ordinario, contraxit, cujus opera facile impetravit ut comes itineris eſſet. Ergo 1 Junii Portsmouthum advectus, Equiti Showel, qui claſſis Præfectus erat, litteras commendatitias, nomine Georgii, Principis Daniæ, Reginæ mariti ſcriptas tradidit, qui ipſi omnem quam poterat opem promiſit. Interim aliquot adhuc ſeptimanæ præterlapſæ, quibus claſſis belgicæ conjunctio expectabatur. Has partim plantarum, animalium aliarumque

que rerum naturalium inveſtigationi, partim ægrorum ex claſſe in Gospoet decumbentium viſitationi cum medico ordinario Portsmouthenſi impendit. Tandem 29 Junii navem bellicam S. Georgii conſcendit; ſed claſſe circa inſulam Wight adhuc commorante, plantas & conchylia dictæ inſulæ perluſtravit, donec 12 Julii anchora ſolveretur. Ventis autem contra luctantibus claſſis per aliquot dies prope Torbay & promontorium Lizard ſubſtitit. Tum forte in navi, qua vehebatur, productum marinum ſingulare aquis extractum, illique oblatum, quod tunc nondum deſcriptum credens nomine *Alcyonii ramoſo-digitati carnei, aſteriſcis undiquaque notati* ſalutavit, & poſt plures annos in epiſtola ad *Loehnerum* fuſius adumbravit.

Tandem ventis ſecundis mare transnavigans, 4 Aug. ad Luſitaniæ littora prope oppidulum Cascales navi adpulſa, in terram deſcendit, & ſtatim in littore, licet die jam evaneſcente & tenebris inſurgentibus, plantas marinas aliasque rariores legit. Poſtero demum die mulo Ulyſſiponem haud longe diſſitum petiit. Lubet hic referre ex itinerario

admirationem Viri inadſuetas plantas in via conſpicientis. „Verbis exprimere „impar ſum, quantam ex viſu inſolito „rariſſimarum plantarum ceperim de„lectationem. Ut enim vineas, malos „aurantias, citereas, punicas, oleas, lau„ros, myrtos & ejusmodi arbores, ma„gnitudine qua nunquam videram an„tea, & fructibus onuſtas, in incultis „quaſi natas taceam, innumeras ferme „ad littus maris equitans obſervabam „plantas marinas. Inter illas eminebat „Fucus quidam viri altitudinem dimidio „ſuperans, neſcio ſane an deſcriptus, „Alcyonium vermiculatum & plurimi „Fuci non deſcripti. Sed ſummo meo „dolore nec tempus mihi nec occaſio „vel mediocrem faciendi ſupererat col„lectionem. Miratus ſum tum tempo„ris, Tournefortium, qui ut ait in Luſi„tania plantas indagandi gratia moratus „eſt, non plures obſervaſſe. Nec ma„rinæ plantæ duntaxat oculos poſcebant „& animum, ſed & terreſtres, quas „equitando obſervabam, ut Ciſtus cha„mædryos folio, Stœchas citrina angu„ſtifolia gallica, Limonium, Xanthium „Luſitanicum ſpinoſum. Ficus indica

„ſeu

„ſeu Opuntia vulgaris, una cum Aloë „americana folio in mucronem abeunte. „Quædam ſcapum produxerant ad du„plam viri altitudinem, floribus elegan„ter onuſtum. Hæ ex maritimis & ſa„xoſis enaſcebantur montibus.“ Ulyſſipone per quatuor tantum dies commoratus, in quibus tamen templa potiora & Regem Petrum II. vidit, 9 Auguſti cum claſſe in mediterraneum perrexit mare, navem vero bellicam, qua antea vectus fuerat, cum mercatoria commutatus.

Venti primum adverſi, mox plane ſedati, claſſem in ſinu maris prope Tangiriam, Africæ oppidum, per quatuor dies remorabantur. Maximo tum quidem deſiderio flagrabat noſter, terram ipſam adeundi, & flores ex alia mundi parte legendi, quod facile fieri poterat. Obſtitit vero metus, ne deinde in Italia ſanitatem per 40 dies in valetudinario probare cogeretur. Fructus tamen Africæ, præſertim uvas inſignis magnitudinis & ſaporis ad navem adlatas guſtabat. Anchoris iterum ſolutis Ceutam vidit a Mauris obſeſſam, tormentorumque exploſiones hinc inde parcius

factas. Piſces volantes hic primum obſervavit. Interim lentiſſime navigabat claſſis, ventis ſæpiſſime adverſis, 12 Sept. ad Alteam oppidum regni Valentiæ adpulſa, aquæ dulcis quærendæ gratia. Hanc occaſionem nactus in littus hiſpanicum deſcendit, plantasque ibidem naſcentes luſtravit, quarum ultra 90 ſpecies in diario exhibet. Sept. 24. ſingulare vidit phœnomenon turbinis aquas elevantis, ad quem diſſipandum bombardæ explodebantur. Binis tantum verbis hujus rei meminit, quæ in Trans. Angl. anni 1702. ab. *Alex. Stuart* fuſius deſcribitur, ex nubibus nimirum aliquid deſcendere, inſtar tubi, fere ad ſuperficiem maris, aquas marinas vero eodem tempore adſcendere, & intra hunc tubum circumgyrando ad nubes ipſas attolli, quod tamen alii negant.

Tandem prima Octobris dies Italiam dedit & portum Liburni. Ergo mari relicto per Piſas & Luccam Florentiam adiit, ubi *Magliabechii* & *Laur. Bellini*, Magni Ducis archiatri, itemque *Brunonis Tozzi*, monachi Vallis Umbroſæ, plantarum Hetruriæ peritiſſimi, colloquio

quio fruens, humaniſſimos expertus eſt, iisque comitibus hortos, gazophylacia, noſocomia, bibliothecas, reliqua viſitavit. De Magliabechio hoc fert judicium: „Inter rariſſima quæ viden„tur Florentiæ merito numerandus eſt „celeberrimus Magliabechi, præſertim „ſuæ domi, quæ libris cujuscunque ge„neris tota repleta eſt. Neminem certe „in librorum cognitione magis verſa„tum credo. Aſt uti hac re ita ſorditie „quoque, quod dolendum, excellit. „Eſt alter Diogenes. Fuit erga me „humaniſſimus, meque aliquoties in di„verſorio meo ſalutavit.“ Florentia relicta Romam petiit, in via uti ſemper ei mos erat plantis inhians, & thermas prope Viterbium viſitans. Novemb. 4. Romam venit. Hic amicitiam ſibi conquiſivit *Jo. Bapt. Triumfetti*, *Baglivii*, *Foſſombroſi*, & *Bianchetti*, medicorum, cum quibus illi multus de rebus medicis ſermo fuit. Inprimis Beglivio familiaris illius lectionibus interfuit, & ejus ductu plurima vidit, utpote muſeum Jeſuitæ *Bonanni*, quod ut ajebat Kircheriano ſuperſtruxerat, item *Jo. Alph. Borelli* manuſcripta inedita apud

Patres

Patres piarum ſcholarum, ubi mortuus erat, ſervata, inter quæ nonnulla reperiebantur *de peregrinatione per aërem ſeu de arte volandi pro hominibus*, cui rei paullo ante obitum multum inſudaverat, porro muſeum *Stozzi*, in hiſtoria naturali & mechanicis curioſiſſimi, aliaque. Huic etiam adceſſum ad Oratorem Venetum *Jo. Franc. Maurocenum* debebat, a quo humaniter exceptus, litterisque commendatiis inſtructus. Anno 1704, Januar. 3. Rome valedixit, & per Anconam, ubi in littore maris adriatici echinos legit, Bononiam perrexit. Hic *Lelio Triumfetti* commendatus notabiliora vidit, interque ea bibliothecam Comitis *Marſilii* tum abſentis, muſea *Aldrovandi*, *Cospiani*, & *Zannoni*, hortumque medicum. Januar. 23. Venetias advenit, ibique litteras Legati Mauroceni ad Nobilem *Martinelli* botanices amantiſſimum tradens, & hortos & muſea illo duce vidit. Mart. 5. Patavinam adiit academiam, ubi a viris celeberrimis *Guilielmino*, *Ramazzini*, *Vallisnerio*, *Viali*, *Faidello* ſingulari amicitia adfectus, doctiſſimos cum illis ſermones prolixe refert in diario.

rio. Thermas patavinas diligentiſſime viſitavit & deſcripſit. Aprilis 25 Venetias reverſus amicitiam cum *Ludovico Teſti* & *Alexandro de Bonis* medicis doctis & curioſis contraxit. Maji 12. Vicenzam, Paduam iterum & Veronam divertit, Junii 6 Venetias redeuns.

Tandem Venetorum urbe & ſimul tota Italia 8 Junii relicta per Forum Julium, Carinthiam & Stiriam iter direxit, ac 1 Julii Viennam intravit, ubi *Joannem Scheuchzerum* offendit & amicitiæ vinculo ſibi adligavit. Dehinc per Pragam & Dresdam Freybergam venit, ut metallifodinas viſitaret. Inde Lipſiam profectus, botanicis & medicis *Rivini* lectionibus interfuit, privatim quoque ab illo demonſtrationem hiatus membranæ tympani vidit, quem primus invenerat. Halis *Hoffmannum* ejusque muſeum ſalutavit. Dehinc per Ducatum Brunſvicenſem & Weſtphaliam denuo viam in Belgium perrexit, ut amicis & cognatis valediceret, tandemque per Bremam, Hamburgum, Berolinum ſub finem Octobris ex prolixo litterario itinere in patriam reverſus.

Hic

Hic 1707. conjugio ſibi adjunxit *Conſtantiam*, filiam *Henrici Ludewichs*, Scabini Palæopolitani, ex qua filios ſuſcepit duos, filias quinque. Ceterum ſcientiam rerum medicarum, academicis vigiliis & doctiſſimorum per Europam virorum conſuetudine adquiſitam, ad praxin perducens ægris felici ſucceſſu per plures annos medebatur, donec ſtudium hiſtoriæ naturalis, quo fere totus tenebatur, eum permovit, ut huic ſe ſoli dicaret. Sublevabat hos labores ſeu potius otia hortus exoticis & rariſſimis plantis refertus, muſeum ab ipſo & patre per longam annorum ſeriem collectum & bibliotheca botanicis ac hiſtoriæ naturalis ſcriptoribus inſtructa, quam ipſe in litteris ad *Seguierum* completam vocat, cui addiderat icones plurimas avium, piſcium, plantarum, &c. a liberis artis pingendi peritiſſimis ad vivum & genuinis coloribus delineatas.

His itaque ſtudiis occupatus ſcripta edidit, non quidem volumine ſed argumento & exſeqvutione primariis æquiparanda. Anno 1712, *Helwingii Floram Quaſimodogenitam* ſuis ſumtibus impri-

imprimendam curavit, & præfationem addidit, in qua de Polonicis & Pruſſicis hiſtoriæ naturalis ſcriptoribus egit, ſimulque errores in Lœſelii Flora Pruſſica commiſſos detexit. 1717. in epiſtola ad Lochnerum *de Alcyonio miræ & elegantis ſtructuræ* olim in mari britannico a ſe reperto diſſeruit, illudque plantis adnumerans, idem eſſe monſtravit cum Palma ſive Manu marina Joh. Bauhini, Fuco manum referente Tournefortii & Fungo amanita marino Barrelieri, licet illorum figuræ & denominationes ad ſiccum exemplar formatæ a naturali plus minus aberraverint. 1722. epiſtolam publicavit ad Anderſonium datam, in qua *de Melonibus petrefactis montis Carmel vulgo creditis* egit, & revera matricem marmoream globoſam cryſtallinis concretionibus gravidam eſſe oſtendit, figuris adjectis. 1731. *Hiſtoriam naturalem* edidit *Cocci radicum tinctorii*, quod Polonicum vulgo audit, ubi illud & Gedani ad radices Polygoni cocciferi C. Bauhini reperiri, & nympham eſſe vermiculorum hexapedorum, ex qua poſtea mares minores alati, feminæ majores non alatæ pro-

prodeunt, observationibus institutis evincit; figuræ coloratæ rem illustrant. 1732. *de Polythalamiis, nova Testaceorum classe*, librum emisit. Novam enim Testarum methodum tradens 8 classibus comprehensam, tertiam Polythamii nomine insignivit, illudque Testam tubulosam, polythalamiam, conicam, rectam, vel in spiram regularem convolutam, cum siphunculo thalamos transeunte, vocavit, cujus quatuor genera, Orthoceratem, Lituum, Ammoniam & Nautilum condidit, descripsit & delineavit. Coronidis loco schediasmata duo *de Belemnitis Prussicis*, & *de methodica Echinorum distributione* addidit, quæ pariter figuris ornata. 1739. Parentis *Jac. Creynii Fasciculi rariorum plantarum Prodromos binos* recudi curavit, quibus vitam Patris & descriptionem *Breyniæ* addidit, generis plantæ a Plumiero hoc nomine adpellatæ, cum figura speciei ejusdem generis. Sed, quod præcipuum est, icones rariorum plantarum a patre Fasciculo destinatas, hactenus desideratas, hic tandem 30 tabulis publicavit, additis descriptionibus. Ad calcem operis adjecit dissertationem

olim

olim in academia a se conscriptam *de radice Ginsem & Acmella*, simulque justiorem plantæ Ginsem figuram tradidit.

Præterea in ephemeridibus illustrium Societatum, quarum membrum fuit, varia ejus scripta leguntur. Nimirum in Transactionibus Philosophicis Regiæ Societatis Londinensis 1705. epistola ad D. Sloane scripta, in qua *plantarum & insectorum rariorum, quæ in littore hispanico regni Valentiæ observaverat*, & trium animalculorum marinorum prope insulam Yvicam mari innatantium descriptio & figuræ continentur. 1712. epistola ad eundem *de observatis in itinere italico* ab Hetruria usque ad Romam. 1713. epitome libri D. Gottwaldii *de peste* 1709. *Gedani sæviente*. 1725. *de agno vegetabili scythico Boramez dicto*, cujus figuram ex museo suo exhibet, & radicem plantæ cujusdam capillaris esse autumat. 1726. *de succinea gleba rarissima, plantæ cujusdam folio impregnata*, quam Coronillam herbaceam Tournefortii aut ei similem esse conjicit, simul figuram tradens. 1732. *Corrigenda &*

*addenda ad Hiſtoriam naturalem Cocci radicum tinctorii.* 1737. *de dentibus & oſſibus Mammothi in Siberia paſſim efoſſis*, quæ probat ad elephantum pertinere, & aquis diluvianis illic ſepulta eſſe, icones oſſium addens. 1741. *de immodico & funeſto lapidum cancrorum uſu*, indeque ortis calculis in ventriculo & renibus. In Ephemeridibus Academiæ Imperialis Naturæ Curioſorum, quæ eum 1715. ſub nomine Callimachi Sodalem receperat, præter epiſtolam de Alcyonio & Hiſtoriam Cocci radicum hic denuo inſertas, reperitur Centuria VII. *Triga obſervationum* noſtri Breynii. 1. *de Coronis ſerpentum*, quas victitias dicit & aliunde deſumtas. 2. *de Balſamo Carpathico*, ſive oleo ex reſina arboris coniferæ in montibus carpathicis naſcentis, quam Pinum ſylveſtrem montanam tertiam C. Bauhini eſſe docet. 3. *de Ribas Arabum*, planta nondum ſatis cognita, in monte Libano naſcente, cujus iconem veram ex collectione parentis profert,

& La-

& Lapathum orientale tomentoſum rotundifolium, Ribas Arabum dictum, adpellat, figuris hanc Trigam illuſtrans. Volum. VIII. 1748. *Hiſtoria Muſæ*, quæ 1745. in horto Breyniano floruit, & maturos tulit fructus, non antea in his terris viſos. Volum. IX. 1752. *Deſcriptio fructus maturi Cerei americani majoris*, pariter in horto ſuo nati.

Hæc fere ſnnt, quæ de ſcriptis ejus typis vulgata. Superſunt alia privatis tantum uſibus deſtinata. Nam verſus annum 1720. Societas quædam litteraria Gedani orta, a nunc ſubſiſtente Societate Phyſica diverſa, quæ per ſeptem annos durabat, & ex vario litterarum genere themata vel colloquiis vel brevibus commentariolis, in conventibus recitatis, pertractabat. Hujus membrum eligebatur, & ſpartam quam nactus erat variis ornabat ſcriptis phyſicis, quorum nonnulla ſaltem referam: *De præſtantia ſtudii Hiſtoriæ naturalis. Hiſtorica Phoſphororum hactenus*

*cognitorum recenſio. Theſaurus diluvianorum Breynianus. De charta incombuſtibili ex Amianto lapide parata. De aquila bicipite ex America in Hiſpaniam comportata. De arboris caffeiferæ plantationibus extra Arabiam. Adverſaria de lumbricis. De cauſa ſenectutis & inſequentis mortis. De origine luis venereæ*, & alia. Maximopere vero dolendum Virum rei herbariæ peritiſſimum promiſſum *Pomerelliæ Viridarium*, quod parens jam meditatus erat, non abſolviſſe, immo poſt obitum vix paucas incepti operis lineas reliquiſſe, cum tamen ampliſſima patris collectio indigenarum, quam poſſidebat, & cognitio utique vaſtiſſima, qua ipſe pollebat, opus perfectiſſimum ſperare juſſerit. Nihil ergo de his rebus, præter graminum gedanenſium ſpecimina 26, quæ *Joanni Scheuchzero* miſerat, & in hujus Agroſtographia deſcripta leguntur, ab eo divulgatum eſt.

Præter

Præter ſcripta edita & inedita vaſtiſſimo quoque litterarum commercio cum præcipuis per Europam eruditis diſtentus erat. Totas nominibus replerem paginas, ſi omnium meminiſſe animus eſſet. Paucos ſaltem ex plurimis, quorum litteræ adhuc ſuperſunt, nominaſſe ſufficiet. Sic in Italia *Gualtieri*, *Monti*, *Ramazzini*, *Seguier*, *Triumfetti*, *Vallisnieri*, aliique de re herbaria potiſſimum cum eo colloquebantur. Ex Gallia *de Juſſieu* plures ad ipſum litteras dedit, & ex Helvetia uterque *Scheuchzerus*. In Anglia non ſolum *Petiferi*, *Sherardi*, *Sloane*, cum quibus olim præſens familiariſſime vixerat, ſed & *Collinſonii*, *Dillenii*, *Woodwardi*, aliorumque per litteras colebat amicitiam, ex quibus Sherardus, per aliquod tempus Conſul nationis anglicæ Smyrnæ degens, nihil diſtantiam locorum moratus, frequentibus eum ſalutabat epiſtolis. In Belgio præter cognatum *Gronovium*, & præceptores *Dekkerum*, *Boerhavium*, *Hottonium*,

*Witſenii* quoque, *van Royen*, *Ruyſchii*, *Commelini*, *Jo. Burmanni*, aliorum, commercio utebatur. Ex amicorum numero, quos per Germaniam habebat, nonnullos tantum citra delectum hic indicare liceat, prout litteræ eorum promiſcue ſitæ ſe offerunt, utpote *Anderſonium*, *Ehrhartum*, *Hallerum*. *Heiſterum*, *Heucherum*, *Linckium*, *Ludwigium*, *Rivinum*, *Trewium*, *Vaterum*, *Wagnerum*, & principem philoſophorum *Wolffium*. Ex Suecia ſummi *Linnæi* & *Bromellii* recipiebat litteras, ex Ruſſia Conſiliarii intimi *Areskin*, *Gmelini*, *Meſſerſchmidii*. Ex Sicilia ipſa & ex Sibiria tabellæ ad eum mittebantur. Proſtant publica hujus commercii documenta epiſtolis eruditorum ad Breynium datis & publicatis de variis hiſtoriæ naturalis capitibus. Sic Celeb. *Trew* de hiſtoria Cerei ſerpentis, *Erndelius* de Flora Japanica, *Lochnerus* de Belilli, *Remus* de aquis martialibus Olonicenſibus, *Sendelius* de

de Succino indico commentationes ad ipſum direxerunt.

Ceterum multis & naturæ & fortunæ donis præ aliis beatus. Statura juſta, vultus ſpectabilis, valetudo conſtans, mens hilaris, doctrina ingens, linguarum peritia, opes luculentæ, numeroſa progenies, fama nominis, vita longæva, & reliqua quæ rariſſime conjuncta videntur. Hoc uno ſaltem infelix, quod amicis, cognatis, uxori, gnatis fere omnibus ſupervixit, unica filia ſuperſtite, & ex altera nepote, adeoque dictum exemplo confirmavit: Diu vivere nihil aliud eſſe niſi videre multa funera ſuorum. Filiorum enim major in Anglia juvenis, alter in patria puer occubuit. Filiarum, quas quatuor adultas habebat, natu major primis votis *Friderico Reyger* Præconſuli, ſecundis *Gabrieli Schumann* Conſuli nupta, paullo poſt graviſſimo morbo correpta, per quadriennium lecto adfixa expiravit, marito poſt paucos dies ſequuto.

Altera, artis poëticæ, pictoriæ, muſices probe gnara, vitam innupta finivit. Minima natu *Jo. Henrico Sœrmanns*, Scabino Palæopolitano, matrimonio juncta, poſt alterum partum editum variolis extincta. His tandem malis fractus, ſenioque feſſus, nullo morbo tentatus, ſed viribus exhauſtis vere vivere deſiit, 12 Decemb. 1764. annos natus 84, menſes 4, dies 7.

FLO-

# FLORAE GEDANENSIS.

## Classis I.

## *MONANDRIA.*

Stamine unico, stylo vel uno vel duobus, prior Monogynia, posterior Digynia dicitur.

### *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

### 1. HIPPURIS.

1. Hippuris *vulgaris*. L. Tannenwedel, weisse Seetanne. Flores parvi verticillatim ad basin foliorum sessiles.

Digynia.

## B. Digynia.

### 2. CALLITRICHE.

1. Callitriche, *verna*, foliis ſuperioribus ovalibus, floribus androgynis. L. Sternkraut mit ganzen Blättern. Caules longi vertieales, foliis oppoſitis linearibus per intervalla inſtructi, in ſummitate folia breviora ovalia conferta, ſuperficiei aquæ innatantia ſtellam referunt, quibus flores parvi intermixti. Hujus varietas: Lenticula paluſtris bifolia, fructu tetragono. B. klein kriechend Linſenkraut.

2. Callitriche, *autumnalis*, foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis. L. Sternkraut mit Blättern, die an der Spitze eingeſchnitten. Priori ſimilis, niſi quod folia apice bifida.

Callitriche, quæ in prima Specierum editione ſub una ſpecie tres comprehendebat varietates, in noviſſima ſpecies duas, varietatem unam complectitur.

# Classis II.

# *DIANDRIA.*

Staminibus duobus, eſtque vel Monogynia, vel Digynia.

## *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

Corolla vel monopetala vel dipetala.

### *a. corolla monopetala.*

Liguſtrum. Veronica. Pingvicula. Verbena. Lycopus. Salvia.

### 3. LIGUSTRUM.

1. Liguſtrum *vulgare*. L. Hartriegel. Rheinweiden. Liguſter nobis.

### 4. VERONICA.

1. Veronica, *maritima*, ſpicis terminalibus, foliis ternis inæqualiter ſerratis. L. dreyblätterichter Ehrenpreis. Lyſimachia ſpicata cærulea. B.

2. Veronica, *longifolia*, ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis acuminatis. L. langblätterichter Ehrenpreis. Planta procera.

3. Veronica, *ſpicata*, ſpica terminali, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo. L. kleiner Ehrenpreis mit kürzerer Aehre.

4. Veronica, *officinalis*, ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. L. gemeiner Ehrenpreis. Folia cum caulibus hirſuta ſerrata, flores pallidi, lineis rubris picti.

5. Veronica mas erecta. B. aufrechtſtehender Ehrenpreis, ex Oelhafio.

6. Ve-

*Monogynia.*

6. Veronica, *ſerpyllifolia*, racemo terminali ſubſpicato, foliis ovatis glabris crenatis. L. Ehrenpreis mit Quendelblättern. Folia inferiora oppoſita, ſuperiora quæ pedunculis ſubjacent alterna. Flores albi, venis purpureis picti, a parte averſa leviſſime cæruleſcentes.

7. Veronica, *beccabunga*, racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. L. Bachbungen mit runden Blättern. Folia oppoſita, petiolata, crenata.

8. Veronica, *anagallis aquatica*, racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto. L. Bachbungen mit langen Blättern. Folia oppoſita, ſeſſilia.

* 9. Veronica, *ſcutellata*, racemis lateralibus alternis, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. L. ſchmalblätterichter Ehrenpreis. Anagallis aquatica anguſtifolia ſcutellata. B. Caules longi ramoſi, folia oppoſita, racemi in pedicellos longiusculos ſubdiviſi, hinc flores laxe racemoſi purpureo-cærulei. Forſterus miſit, in aquoſis bey Naſſenhof natam, Auguſto.

10. Veronica, *chamædrys*, racemis lateralibus, foliis ovatis ſeſſilibus rugoſis dentatis, caule debili. L. Bathengel. Gamanderlein. Folia oppoſita ſeſſilia, flores formoſi cærulei, lineis intenſioribus picti, exterius pallidi.

* 11. Veronica, *latifolia*, racemis lateralibus, foliis cordatis rugoſis dentatis, caule ſtricto L. breitblätterichter Ehrenpreis. Suſannenkraut. Chamædrys ſpuria major latifolia. B. Caules erecti proceri, folia oppoſita ſeſſilia baſi latiora, ex alis ſuperioribus duobus vel quatuor pedunculi longi procedunt, racemis longis fere ſpicatis terminati, flores cærulei majores. hinter dem Grünen Hofe, Junio.

12. Ve-

12. Veronica, *agreſtis*, floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo brevioribus. L. Hünerdarm mit Stammderleinblättern. Folia alterna, pedunculi longiores. *Monogynia.*

13. Veronica, *arvenſis*, floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo longioribus. L. Hünerdarm mit Ehrenpreisblättern. Folia oppoſita ſeſſilia, flores pallidi breviſſimis pedunculis. Hanc ſpeciem in Adpendice Tomi I. ex Menzelio prolatam poſtea ipſe vidi in campis remotioribus natam, Majo.

14. Veronica, *hederæfolia*, floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. L. Hünerdarm mit Epheublättern. Planta caulibus hirſutis repentibus diffuſa, quibus folia alterna, remota, interdum triloba, brevibus petiolis inſident, ex quorum alis pedunculi ſurgunt longiores, floribus terminati minoribus pallidis.

15. Veronica, *triphyllos*, floribus ſolitariis, foliis digitato partitis pedunculo brevioribus. L. Hünerraute. Flores ſpeciei 10 ſimiles, ſed minores.

* 16. Veronica, *verna*, floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis pedunculo longioribus. L. kleinblümichter Ehrenpreis. Veronica humilis erecta montana, flore parvo cæruleo. Dillen. Caules rubri, folia ſparſa ſeſſilia in tres aut quinque lobos diviſa, ex quorum alis breves pedunculi, flores gerentes minutiſſimum; calycis laciniæ coralla majores in collibus hinter dem Grünen Hofe, Majo.

## 5. PINGUICULA.

*Cal.* bilabiatus, labio ſuperiore erecto trifido obtuſo, inferiore bifido. *Cor.* bilabiata, labio longiore trifido, breviore bifido, laciniis obtuſis; nectarium corniculatum, poſtice prominens. *Stam.* brevia, curva, antheris rotundis. *Piſt.* germen globoſum, ſtylus breviſſimus, ſtigma bilabiatum coloratum, antheras tegens. *Peric.* capſula ovata. *Sem.* cylindracea.

* 1. Pin-

*Monogynia.*

* 1. Pinguicula, *vulgaris*, nectario cylindraceo longitudine petali. L. Bergſanickel mit geſpornter Blume. Hutblume nobis. Sanicula montana flore calcari donato. B. Planta humilis, acaulis, foliis craſſiuſculis pinguibus lanceolatis revolutis, margine involuto; pedunculus ruber ſolitariis unifiorus, ſæpe alter ſerior ſequitur, interdum & plures; flos purpureo-cæruleus. bey Karlkau, Majo.

## 6. VERBENA.

1. Verbena, *officinalis*, tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule ſolitario. L. Eiſenkraut. Caules erecti, tetragoni, rubri, folia oppoſita, inciſa, duabus infimis inciſuris profundioribus, flores pallide purpurei.

## 7. LYCOPUS.

1. Lycopus, *europæus*, foliis ſinuato-ſerratis. L. Waſſerandorn.

## 8. SALVIA.

1. Salvia, *pratenſis*, foliis cordato-oblongis, ſummis amplexicaulibus, verticicillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis. L. wilder Scharlach. Wieſenſalbey. ex Oelhafio.

2. Salvia, *ſclarea*, foliis rugoſis cordatis oblongis villoſis ſerratis, bracteis floralibus calyce longioribus concavis acuminatis. L. gemeiner Scharlach. ex Oelhafio, qui hic procul dubio erravit.

### *b. corolla dipetala.*

## 9. CIRCAEA.

1. Circæa, *lutetiana*, caute erecto, racemis pluribus. L. Stephanskraut mit weißlichten Blumen. Caulis altitudine pedem ſuperat, folia pro ratione plantæ magna oppoſita petiolata glabra venoſa crenata, ex alis foliorum racemi ſurgunt laterales, & caulis racemo longiore terminatur. flores parvi albi, calycis foliola viridia, apice tantum rubra. Ex Oelhafio

hasio prolatam postea ipse vidi in sylvis remotioribus natam.

2. Circæa, *alpina*, caule adscendente, racemo unico. L. Stephanskraut mit röthlichten Blumen. Planta humilior, folia opposita paullo minora petiolata glabra ovato-lanceolata crenata, racemus saltem unicus caulem terminans, flores parvi rubentes, calyces ruberrimi.

## *B. Digynia.*

*Digynia.*

### 10. ANTHOXANTHUM.

1. Anthoxanthum, *odoratum*, spica ovato-oblonga, flosculis subpedunculatis arista longioribus. L. Ruchgras. fornähricht Berggras. Spica viridis, sæpe fusca vel purpurea, consenescens flavescit, hinc nomen Bauhini: Gramen pratense spica flavescente.

# CLASSIS III.

# *TRIANDRIA.*

Staminibus tribus; ſecundum numerum ſtylorum ſubdividitur in Monogyniam, Digyniam & Trigyniam.

*Monogynia.*

## *A. Monogynia.*

Valeriana. Gladiolus. Iris. Scirpus. Eriophorum.

### 11. VALERIANA.

1. Valeriana, *officinalis*, floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. L. groſſer Baldrian. Folia pinnata cum impari, foliolis lanceolatis dentatis.
2. Valeriana, *dioica*, floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis. L. kleiner Baldrian. Flores ex albo rutili.
3. Valeriana, *locuſta olitoria*, floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. L. Ackerſalat. Fettkauſch nobis. Folia oppoſita, ſuperiora interdum dentata; flores minores ex albo cærulei.

### 12. GLADIOLUS.

*Cal.* ſpathæ vagæ. *Cor.* ſexpartita, petalis tribus ſuperioribus parum conniventibus, inferioribus patentibus. *Stam* ſubulata, ſub petalo ſuperiore adſcendentia, antheris oblongis. *Piſt.* germen infra receptaculum, ſtylus ſimplex, ſtigma trifidum. *Peric.* capſula oblonga trilocularis. *Sem.* plura rotunda.

* 1. Gla-

* 1. Gladiolus, *communis*, foliis enſiformibus, floribus diſtantibus. L. rothe Schwerdtlilie. runde Sieg-wurz. Gladiolus floribus uno verſu diſpoſitis major & procerior, flore purpuro-rubente. B. Flos in horris notus, apud nos ſponte floret ad colles hinter dem Grünen Hofe, ubi inter virgulta humiliora eminet, Julio. *Monogynia.*

## 13. IRIS.

1. Iris, *pſeudacorus*, corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. L. Waſſerlilie.
2. Iris, *fœtidiſſima*, corollis imberbibus, petalis interioribus parentiſſimis, caule uniangulato, foliis enſiformibus. L. Wandlauchkraut. Flores obſolete purpurei.

## 14. SCIRPUS.

1. Scirpus, *paluſtris*, culmo tereti nudo, ſpica ſubovata terminali. L. Sumpfbinſen. Binſengras.
2. Scirpus, *acicularis*, culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ovata bivalvi terminali, ſeminibus nudis. L. kleinſte Binſen. Joh Phil. Breynius reperit.
3. Scirpus, *lacuſtris*, culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. L. groſſe Binſen. Teichbinſen.
4. Scirpus, *maritimus*, culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, ſpicularum ſquamis trifidis. intermedia ſubulata. L. Seebinſen. Zypergras. ex Oelhafio.
5. Scirpus, *ſylvaticus*, culmo triquetro folioſo, umbella foliacea, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. L. Waldbinſen. vielſtraußiges ſcharfes Zyperähriges Rohrgras. Folia carinata, carina aſpera, panicula inæqualis.

## 15. ERIOPHORUM.

1. Eriophorum, *polyſtachion*, culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis. L. Flachsgras. Wollgras. Wieſendungras.

Digynia.

## B. Digynia.

Huc pleraque gramina pertinent, quæ calyce donantur unifloro, bifloro, aut trifloro.

### a. calyce unifloro.

Phalaris. Panicum. Phleum. Alopecurus. Agroſtis. Lagurus. Arundo.

### 16. PHALARIS.

1. Phalaris, *phleoides*, panicula cylindrica ſpicæformi. L. fenchartiger Glanz. Lieſchgras.
2. Phalaris, *arundinacea*, panicula oblonga ventricoſa. L. Rohrglanz. klein Riedgras.

### 17. PANICUM.

1. Panicum, *viride*, ſpica tereti, involucellis bifloris faſciculato-piloſis. L. grünes Hirſegras. Fenchgras mit einfachen Aehren. Antheræ fuſcæ, ſtigmata purpurea.
2. Panicum, *ſanguinale*, ſpicis digitatis baſi interiore nodoſis, floſculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. L. blutiges Hirſegras. Blutgras. in Adpend. Tomi I. ex Menzelio.
3. Panicum, *crus galli*, ſpicis alternis conjugatisque, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ariſtatis hiſpidis, rachi quinquangulari. L. grannichtes Hirſegras. Fenchgras mit getheilten Aehren. Gramen paniceum diviſa. B. Spica ex ſpiculis pluribus alternis & remotis conſtat. Glumarum calycis ſeu valvularum majorum altera plana vel concava, breviter immo breviſſime interdum ariſtata, hirſuta, altera convexa acuminata, interdum ambæ tantum acuminatæ, tertia minor ad baſin glumæ planæ ſita. Ad originem ſpicularum pili longiores rariores quam in glumis. Vaginæ foliorum nec pilis nec membrana terminantur. Varie ludit hoc gramen & magnitudine & facie, teſte Scheuchzero. Species, quam reperi, ex minoribus erat, & in horto ſponte naſcebatur, Auguſto. Aliam poſtea longe majorem

immo

immo maximam in horto ſponte natam vidi. Septembr. Hujus Varietas: Gramen paniceum ſpica diviſa ariſtis longis armata. B. Differt a priore ariſtis longiſſimis, quæ unam calycis glumam terminant, cum altera tantum acuminata videatur; & ſingulare eſt, quod in eadem ſpicula hinc inde floſculi naſcantur, quorum utræque glumæ majores breviſſime tantum ariſtatæ vel potius acuminatæ. Hanc varietatem pariter in hortis ſponte naſcentem & proceram offendi, Auguſto. Amat hoc gramen ad fimeta & in ſolo pinguiore creſcere, hinc fit, ut in hortis ſæpe reperiatur; im ohriſchen Niederfeld inter olera creſcit. *Digynia.*

## 18. PHLEUM.

1. Phleum, *pratenſe*, ſpica cylindrica longiſſima, culmo recto. L. Wieſenfench. langährichtes Lieſchgras. Spica mollis virescens, maturitate albicans
2. Phleum, *nodoſum*, ſpica cylindrica baſi ſterili, culmo adſcendente, radice bulbifera. L. Sandfench. kurzährichtes Lieſchgras.
3. Phleum ſpica foliacea Fench mit ungleicher Aehre.
4. Phleum, *alpinum*, ſpica ovato-cylindracea. L. Fench mit kurzer Aehre. Hujus tantum Varietas eſt Phleum 4tum Tomi I.

## 19. ALOPECURUS.

1. Alopecurus, *pratenſis*, culmo ſpicato erecto, glumis villoſis. L. Fuchsſchwanzgras. Hujus tantum Varietas eſt Alopecurus culmo ſpicato, erecto, calycibus villoſis, ariſtis paullum ultra calycem productis Tomi I, quem Jo. Phil. Breynius reperit.

## 20. AGROSTIS.

1. Agroſtis, *ſpica venti*, petalo exteriore exſerente ariſtam rectam ſtrictam longiſſimam. L. Ackerſtrausgras.
2. Agroſtis panicula tenui, valvulis calyciniis inæqualibus, petalorum ariſta dorſali recurva minima. Strausgras mit kurzen Grannen und ungleichem Kelch. Panicula anguſta brevis fuſco-viridis.

*Digynia.* 3. Agroſtis panicula anguſta denſiuscula, valvulis calycinis æqualibus, petalorum ariſta dorſali recurva minima. Strausgras mit kurzen Grannen und gleichem Kelch. Panicula longior ſpadicea, ramuli plures eodem loco, ariſtæ in hac & præcedente vix nudis oculis viſibiles.

4. Agroſtis, *capillaris*, panicula capillari patente, calycibus ſubulatis æqualibus hiſpidiusculis coloratis, flosculis muticis. L. Haarſtrausgras. kaſtanienbraunes Berggras.

5, Agroſtis, *alba*, panicula laxa, calycibus muticis æqualibus. L. weiſſes Strausgras. Ramuli plures longi ſparſi.

6. Agroſtis panicula denſa coarctata mutica, calycibus anguſtis. Strausgras mit dicht zuſammen gedrungener Blüth. Ramuli paniculæ plures eodem loco erumpentes, culmo adproximati, calyces glabri ſplendentes, ſpadiceo-virides.

7. Agroſtis panicula ſparſa mutica, calycum valvulis æqualibus anguſtis longiusculis. grünes glänzendes Strausgras. Hujus Varietas poſtea reperta: Agroſtis panicula ſparſa breviore, ramulis pluribus eodem loco brevioribus, flosculis rarioribus, calycibus anguſtis viridibus non ſplendentibus, in ſylvis, Julio.

8. Agroſtis panicula mutica, flosculis ſolitariis. Strausgras mit einzeler Blüthe.

* 9. Agroſtis, *canina*, calycibus coloratis, petalorum ariſta dorſali recurva, culmis proſtratis ſubramoſis. L. braunes Strausgras. Gramen ſupinum caninum paniculatum, folio varians. B. Panicula aliquantum ſparſa, ramuli plures eodem loco erumpentes tenues & in breves pedunculos ſubdiviſi. Calycis glumæ æquales purpureæ aut ſpadiceæ anguſtæ. Flosculi albeſcentes, quorum gluma major baſi ariſtam promit tenuem brevem albescentem recurvam, extra calycem protenſam; in montibus noſtris & in ſylvis bey Karlkau, Junio.

* 10. Agro-

* 10. Agroſtis, *arundinacea*, panicula oblonga, petalo exteriore baſi villoſo, ariſta torta calyce longiore. L. ſchilfiges Strausgras. Gramen avenaceum montanum panicula anguſta e dilutiſſimo fuſco albicante & pappoſa. Scheuchz. Panicula anguſta, fere ſpicata, ſed longa. Ramuli plures breves ſubdiviſi ex uno loco erumpentes. Flosculi majores, calycis glumæ æquales mucronatæ, ex fuſco & viridi variæ, corollarum glumæ ad baſin brevi pappo hirſutæ, harum major ariſtam prope baſin emittit recurvam, extra calycem longius protenſam; in collibus hinter dem Grünen Hofe, Julio. *Digynia.*

* 11. Agroſtis panicula ſparſa brevi tenui, flosculis muticis, foliis filiformibus. Straus mit fadenfärbigen Blättern. Ramuli pauci, bini eodem loco, breves, flosculis paucis, tribus aut quatuor, inſtructi. Calycis valvæ anguſtæ æquales virides, corollæ glumæ tantillum longiores. Differt ab 8va flosculis pluribus, & foliis anguſtiſſimis; in ſylva horti Groddeckiani in der Ohra, Julio. Hujus Varietas panicula contracta, ramulis brevioribus; ibidem.

* 12. Agroſtis panicula brevi tenui, flosculis paucis muticis nutantibus. Strausgras mit herabhangenden Blumen. Gramen minus, erectum, foliis brevibus. Panicula conſtat ramulis paucis brevibus tenuiſſimis, duobus aut tribus uno loco erumpentibus, horizontaliter protenſis, quibus flosculi parvi pauci, breviter pedunculati, deorſum pendentes adhærent; calycis glumæ virides pauco ſpadiceo admixto, antheræ fuſcæ. Hanc ſingularem ſpeciem reperi in collibus hinter dem Grünen Hofe, Junio.

## 21. LAGURUS.

1. Lagurus, *ovatus*, ſpica ovata ariſtata. L. Fuchsſchwanzgras mit kürzerer Aehre. Oehlhafius vidit & procul dubio erravit.

## 22. ARUNDO.

1. Arundo, *epigejos*, calycibus unifloris, paniculâ erecta, foliis ſubtus glabris. L. Bergſchilf. Bergriedgras.

*Digynia.* 2. Arundo, *calamogroſtis*, calycibus unifloris, culmo ramoſo. L. Wieſenſchilf. Rohrgras mit weichem braunrothem Straus.

3. Arundo, *arenaria*, calycibus unifloris, foliis involutis mucronato-pungentibus. L. Sandſchilf. Pfriemengras. Helm.

4. Arundo, *phragmites*, calycibus quinquefloris, panicula laxa. L. Rohrſchilf.

*b. calyce biſloro.*

Aira. Melica.

## 23. AIRA.

1. Aira, *cæſpitoſa*, foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatisque, ariſta recta brevi. L. glänzende Schmielen. Ackerriedgras.

2. Aira, *alpina*, foliis ſubulatis, panicula denſa, floſculis baſi piloſis ariſtatis, ariſta brevi. L. weiſſe Schmielen.

3. Aira, *canſcens*, foliis ſetaceis, ſummo ſpathaceo paniculam inferne obvolvente. L. graue Schmielen.

4. Aira, *caryophyllea*, foliis ſetaceis, panicula divaricata, floribus ariſtatis diſtantibus. L. kleinſte Schmielen. Jo. Phil. Breynius reperit.

5. Aira, *criſtata*, panicula ſpicata, calycibus ſubtrifloris pedunculo longioribus, petalis ſubariſtatis inæqualibus. L. wollichte Schmielen.

6. Aira, *cærulea*, foliis planis, panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis convoluto-ſubulatis. L. blaue Schmielen.

7. Aira, *aquatica*, foliis planis, panicula patente, floribus muticis lævibus calyce longioribus. L. Waſſerſchmielen. Jo. Phil. Breynius invenit.

8. Aira, *montana*, foliis ſetaceis, panicula anguſtata, floſculis baſi piloſis ariſtatis, ariſta tortili longiore. L. Bergſchmielen. Gramen avenaceum capillaceum minoribus glumis. B. Hanc ſpeciem in Tomo I. perperam ſub genere Avenæ locavi, ſeductus ariſta tortili & auctoritate Scheuchzeri, cui Gramen

Gramen avenaceum audit. Panicula primum angustissima, quia ramuli licet longi & tenues, culmo tamen arcte adproximati, ast ubi effloruit laxior fit, ramulis secedentibus; copiosissime in montibus nostris sylvaticis crescit. *Digynia.*

* 9. Aira, *flexuosa*, foliis setaceis, culmis subnudis, panicula divaricata, pedunculis flexuosis. L. Drathschmielen. Gramen nemorosum paniculis albis, capillaceo folio. B. Panicula laxa, ramulis duobus eodem loco erumpentibus flexuosis, flosculis raris. Calycis glumæ ex viridi albidæ splendentes, corollæ valva major basi aristam emittit articulatam, extra calycem protensam; in sylvis montosis rarius reperitur, Julio.

## 24. MELICA.

1. Melica, *nutans*, petalis imberbibus, panicula nutante simplici. L. hangendes Schöngras. Waldgras.

*c. calyce multiflora.*

Poa. Briza. Dactylis. Cynosurus. Hordeum. Triticum. Elymus. Avena. Lolium. Bromus. Festuca.

## 25. POA.

1. Poa, *aquatica*, panicula diffusa, spiculis sexforis linearibus. L. Wasserviehgras. Wasserriedgras.
2. Poa, *trivialis*, panicula subdiffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti. L. dreyblüthiges Viehgras. Knotengras. Wiesengras.
3. Poa, *angustifolia*, panicula diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti. L. vierblüthiges Viehgras.
4. Poa, *pratensis*, panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. L. fünfblüthiges Viehgras. In prima Spec. editione Poæ triviali quinquefloræ, pratensi vero trifloræ tribuuntur spiculæ, sed numerus flosculorum maxime variabilis, quod jam Tomo I. monui. Ipse fatetur Linnæus, vixdum dari limites pro speciebus 2, 3, 4, rite discernendis.

*Digynia.*

5. Poa, *annua*, panicula diffusa, angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. L. Sommerviehgras. klein Strausgras.

6. Poa, *nemoralis*, panicula attenuata, spiculis subbifloris mucronatis scabris, culmo incurvo. L. Waldviehgras.

## 26. BRIZA.

1. Briza, *media*, spiculis ovatis, calyce flosculis 7 breviore. L. Flittergras. Zittergras. Hasengras.

## 27. DACTYLIS.

1. Dactylis, *glomerata*, panicula secunda glomerata. L. rauches Knaulgras. Gramen arvense spica compacta divulsa. Lœsel.

## 28. CYNOSURUS.

1. Cynosurus, *cristatus*, bracteis pinnatifidis. L. gefiedertes Kammgras.

## 29. HORDEUM.

1. Hordeum, *murinum*, flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris intermediis ciliatis. L. Mäusegerst. Gerstentwalch.

## 30. TRITICUM.

1. Triticum, *repens*, calycibus subulatis quadrifloris acuminatis. L. Queckweitzen. Queckgras.

Species altera, sive Triticum caninum, in nova editione ad sequens genus Elymi refertur.

## 31. ELYMUS.

*Cal.* involucrum tetraphyllum, gluma nulla. *Cor.* bivalvis, valvula exteriore majore aristata, altera plana. *Stam.* filamenta brevissima, antheræ basi bifidæ. *Pist.* styli divaricati pilosi. *Sem.* lineare.

1. Elymus, *caninus*, spica nutante arcta, spiculis rectis involucro destitutis, infimis geminis. L. Hundsweitzen. Est idem gramen quod in priore editione Triti-

Triticum calycibus subulatis quadrifloris aristatis *Digynia.* dicitur.

## 32. AVENA.

1. Avena, *pubescens*, subspicata, calycibus subtrifloris basi pilosis, foliis planis pubescentibus. L. Wiesenhaber. Habergras. Festuca dumetorum. β. Est eadem cum specie prima Tomi I, quæ Avenæ pratensis varietas in utraque Specierum editione dicitur, in Adpendice vero posterioris hoc nomine insignitur, si quis distinctam speciem velit. Ab Avena pratensi non nisi calycibus plerumque trifloris differt, qui in illa utplurimum quinqueflori sunt. Cum itaque calyces nostri graminis semper fere triflori deprehendantur, pubescentem potius quam pratensem Avenam nobis indigenam esse patet.

Species altera Tomi I. jam ad Airam relata, quorsum pertinet.

## 33. LOLIUM.

1. Lolium, *perenne*, spica mutica, spiculis compressis multifloris. L. Lulch ohne Grannen.
2. Lolium, *temulentum*, spica aristata, spiculis compressis aristatis. L. Lulch mit Grannen. Taumellulch.

## 34. BROMUS.

1. Bromus, *secalinus*, panicula patente, spiculis ovatis, aristis erectis. L. Rockentresp. Drespe nobis. Hujus Varietas: Bromus *hordeaceus* panicula erecta coarctata. L. Gerstentresp. Hæc varietas in priore editione distincta species, & quarta Tomi nostri I. est. Panicula hujus consenescens rufescit.
2. Bromus, *arvensis*, panicula nutante, spiculis ovato-oblongis. L. Ackertresp.
3. Bromus, *tectorum*, panicula nutante, spiculis linearibus. L. Bergtresp.
4. Bromus, *giganteus*, panicula nutante, spiculis quadrifloris, aristis brevioribus. L. gröſſester Tresp.
5. Bromus, *trisforus*, panicula patente, floribus subtrifloris. L. dreyblüthiger Tresp. Hoc gramen, quia

*Digynia.*

in priore Specierum editione non reperitur in Tomo I. ad Feſtucam retuli, & Feſtucam panicula ſparſa, ſpiculis anguſtis teretibus, foliis nominavi, quia ariſtæ ex glumarum apice prodeunt; cum vero quandoque etiam paullo infra apicem prodire perlentem obſervaverit Scheuchzerus, gramen hoc Bromis adſociari quoque poſſe ibidem monui, quod etiam factum in noviſſima editione. Flosculorum numerus ſubtriflorus dicitur, Scheuchzerus a quatuor ad ſex extendi perhibet. Jo. Phil. Breynius reperit.

* 6. Bromus, *pinnatus*, ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus, culmo indiviſo. L. Zittergras. Gramen ſpica brizæ majus. B. Gramen loliaceum corniculatum. Scheuchz. Spiculæ anguſtæ, longæ, novem aut plures, virides, villoſæ, flosculos plurimos continentes, ex apice glumarum obtuſo ariſtæ prodeunt, quare & inter Feſtucas collocari potuiſſet, ſed habitus Bromis; in montibus, Julio. Hujus Varietas: Gramen loliaceum corniculatum, ſpicis teretiusculis anguſtis & glabris. Scheuchz. A priore differt ſpiculis anguſtioribus, glumis ſtriatis glabris, margine tantum breviſſime ciliatis. Scheuchzerus huic varietati ſynonymum Feſtucæ dumetorum B. adpoſuit, quod Linnæus Avenæ pubescenti, ſed ex ſententia Vaillantii, tribuit; in ſylva horti Groddeckiani, Junio.

## 35. FESTUCA.

1. Feſtuca, *ovina*, panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiusculo, foliis ſetaceis. L. Schaafſchwingel. Berggras mit ſchwarzen Wurzeln.

2. Feſtuca, *rubra*, panicula ſecunda ſcabra, ſpiculis ſexfloris ariſtatis, floſculo ultimo mutico, culmo ſemitereti. L. rother Schwingel. Panicula cum culmo tandem rubro colore tingitur.

3. Feſtuca panicula longa coarctata, ſpiculis ovato-oblongis, glumis lanuginoſis & ciliatis. Schwingel mit haarichter Blüthe.

4. Fe-

4. Festuca panicula longa angusta, spiculis ovatis, glumis striatis, foliis villosis. rauchblätterichter Schwingel mit zusammengezogenem Straus. *Digynia.*

5. Festuca panicula lana, spiculis septemfloris distichis, glumis villosis. Schwingel mit glattem Kelch und rauchen Blumenblättern.

Festuca sexta Tomi I. jam hic Bromi triflori nomen adepta.

6. Festuca, *fluitans*, panicula ramosa erecta, spiculis subsessilibus teretibus muticis. L. Mannaschwingel. Entengras. Schwaden nobis. Gramen mannæ esculentum prutenicum Lœsel. Hoc gramen, quod usibus mensarum nostrarum inservit, ab aliquibus perperam Panico adnumeratur, a quo tamen maxime differt, cum Panici calyx trivalvis uniflorus, nostri vero graminis bivalvis multiflorus sit, & omnes Festucæ, & quidem *fluitantis*, notas præ se ferat, nec nisi in fossis vel pratis humidis reperiatur. Error hinc natus, quod semina Panici sanguinalis seu ejus varietatis, quæ Gramen dactylon esculentum. B. in Germaniæ quibusdam locis comedantur, & pari nomine Schwaden sive Mannagras vocentur.

* 7. Festuca, *duriuscula*, panicula secunda oblonga, spiculis sexfloris oblongis lævibus, foliis seraceis. L. harter Schwingel. Gramen pratense panicula duriore laxa, unam partem spectante. Scheuchz. Panicula brevis, ramuli solitarii remoti breves, paucis ornati spiculis distichis viridibus, breviter aristatis, quatuor quinque aut sexfloris, in sylvis, Julio.

* 8. Festuca, *decumbens*, panicula erecta, spiculis subovatis muticis, calyce flosculis majore, culmo decumbente. L. liegender Schwingel. Gramen montanum avenaceum, locustis muticis tumentibus pilosum. Scheuchz. Folia angusta pilosa, quorum vaginæ non membrana, uti in plerisque gra-

*Digynia.* graminibus, ſed pilis terminantur. Culmus humilis, ramuli ſolitarii pauci, culmo adproximati, ſpiculis duabus aut tribus majusculis præditi. Calycis glumæ virides albeſcentes, fere æquales, flosculos tres aut quatuor continent, glumis viridibus glabris aut parum hirſutis; im Langefuhrſchen Walde, Julio.

*Trigynia.*

## C. *Trigynia.*

### 36. HOLOSTEUM.

1. Holoſteum, *umbellatum*, floribus umbellatis. L. Ackernägleingras.

# CLASSIS IV.

# *TETRANDRIA.*

Staminibus quatuor. Ordines hujus Claſſis ſunt tres, Monogynia, Digynia & Tetragynia.

## *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

Floribus vel adgregatis, vel ſpicatis, vel pedunculatis.

### *a. floribus adgregatis.*

Globulariæ. Scabioſa. Dipſacus.

### 37. GLOBULARIA.

1. Globularia, *vulgaris*, caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. L. blaue Maßlieben. Caulis longus erectus ſimplex, rarius ramoſus, inferne foliis villoſis veſtitus, ſuperne nudus.

### 38. SCABIOSA.

1. Scabioſa, *arvenſis*, corollulis quadrifidis radiantibus, caule hiſpido, foliis pinnatifidis, lobis diſtantibus. L. Ackerſkabioſe. Flores pallide rubro-cærulei.
2. Scabioſa, *ſucciſa*, corollulis quadrifidis æqualibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. L. Teufels Abbiß. Folia glabra oppoſita, caulis ſuperne nudus, frequenter in tres ramos diviſus, quorum medius longior unico capitulo terminatur, laterales adproximati vel pariter unico gaudent capitulo, vel iterum trifariam diviſi. Flores cærulei, non vero purpurei. Præter loca Tomo I. indicata etiam copioſe creſcit in collibus hinter dem Grünen Hofe.

3. Sca-

*Monogynia.*

3. Scabiosa, *columbaria*, corollulis quinquefloris radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis seraceis. L. Skabiose mit schmalen gefederten Blättern. Flores non ex cæruleo purpurei, sed dilute rubri.

4. Scabiosa, *ochroleuca*, corollulis quinquefidis radiantibus foliis linearibus pinnatis, radicalibus bipinnatis, petiolis perfoliatis. L. Skabiose mit weißgelben Blumen. Petioli margine lato cum caule uniti, pedunculi longi. in adpendice Tomi I. ex Menzelio.

* 5. Scabiosa corollulis quadrifidis, foliis lanceolatis integris hirsutis. Kleine Skabiose mit ungetheilten Blättern. Scabiosa arvensis minor folio non dissecto. B. Phytopin. Planta humilior, caulibus & foliis hirsutis, plerumque integerrimis, interdum dentatis, floribus rubris; in locis remotioribus, Majo.

* 6. Scabiosa foliis caulinis inferioribus pinnatis, superioribus simplicibus linearibus. Skabiose mit oberen einfachen Blättern. Hanc speciem olim in montibus nostris a me repertam a præcedentibus diversam credo. Caulis satis longus glaber, superne in duos longiores pedunculos parum scabros abit. Folia caulis opposita glabra pinnata, pinnulis angustis dentatis, minime vero seraceis sed latioribus, hinc a Scabiosa columbaria diversa, pinnula suprema maiore latiore crenata aut dentata. Ad divisionem caulis folia opposita anguſta linearia, pedunculi paribus foliis in geniculo quodam infra medium collocato vestiuntur. Capitula parva, flores rubri, corollæ quinquefidæ.

## 39. DIPSACUS.

1. Dipsacus, *fullonum*, foliis sessilibus serratis. L. Kartendistel.

*b. flo-*

*b. floribus ſpicatis.* *Monogynia.*

## 40. PLANTAGO.

1. Plantago, *major*, foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. L. Wegerich mit glatten Blättern. Spica longiſſima, corollæ limbus obſoletus parvus, filamenta breviora albida, antheræ fuſcæ, floſculi ſucceſſive aperiuntur, & pauciſſimi ſimul explicantur, ut adeo planta vix in flore animadvertatur; Julio.
2. Plantago, *lanceolata*, foliis lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulata. L. Spitzwegerich. Spica brevis, corolla obſoleti coloris, filamenta longiora & cum antheris albida, floſculi paullo plures ſimul explicantur.
* 3. Plantago, *media*, foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. L. Wegerich mit rauchen Blättern. Plantago latifolia incana. B. Folia villis breviſſimis lanuginoſa mollia, ſeptem nervis ſtriata, ſpica longior, corolla antequam explicatur rubra, poſtea albeſcit, filamenta longiſſima purpurea, antheræ carneæ, floſculi plurimi ſimul explicantur, ut tota fere ſpica in flore videatur; in pratis, Majo.

*c. floribus pedunculatis.*

Aſperula. Galium. Cornus. Achemilla. Trapa.

## 41. ASPERULA.

1. Aſperula, *odorata*, foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. L. Waldmeiſter. Meeßke nobis. Caules tetragoni, folia interdum ſeptem.

## 42. GALIUM.

1. Galium, *paluſtre*, foliis quaternis obovatis inæqualibus, caulibus diffuſis. L. Waſſermeyerkraut. Caules aſperi, rami longi floribus parvis albis.
2. Galium, *verum*, foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus. L. gelbes Meyerkraut. Labkraut. Waldſtroh. Caulis glaber, flores conferti lutei.

3. Ga-

*Monogynia.*

3. Galium, *mollugo*, foliis octonis ovato-linearibus subserratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. L. weisses Meyerkraut. Caules glabri, flores parvi copiosi albi.

4. Galium, *aparine*, foliis octonis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu hispido. L. Klebkraut mit weissen Blumen. Caules asperi, rami breves, floribus paucis parvis albis.

* 5. Galium, *montanum*, foliis subquaternis linearibus lævibus, caule debili scabro, seminibus glabris. L. weisses Meyerkraut mit braunen Staubbehältnissen. Folia angusta quaterna; flores ante explicationem rubent, postea albi, antheræ fuscæ; im Jaschkenthal & in sylvis remotioribus, Julio.

Galii caules tetragoni, in *vero* magis teretes, rami oppositi inæquales plerumque longitudinis, altero breviore, interdum plane deficiente, quod præsertim in *aparine* obtinet.

### 43. CORNUS.

1. Cornus, *sanguinea*, arborea, cymis nudis. L. Kornelbaum. Flores odorati.

### 44. ALCHEMILLA.

1. Alchemilla, *vulgaris*, foliis lobatis. L. Sinnau.

### 45. TRAPA.

1. Trapa, *natans*. L. Stachelnuß. Oelhafius vidit.

*Digynia.*

## *B. Digynia.*

Cuscuta. Aphanes.

### 46. CUSCUTA.

1. Cuscuta, *europæa*, floribus sessilibus. L. Flachsseiden.

### 47. APHANES.

1. Aphanes, *arvensis*. L. kleiner Nadelkörfel. in adpendice Tomi I. ex Menzelio.

C. Te-

## C. *Tetragynia.*

*Tetragynia.*

Potamogeton. Sagina.

### 48. POTAMOGETON.

1. Potamogeton, *natans*, foliis oblongo ovatis, petiolis natantibus. L. Samkraut mit geſtielten Blättern. Flußkraut.
2. Potamogeton, *perfoliatum*, foliis cordatis amplexicaulibus. L. Samkraut mit Durchwachsblättern. Potamogeton foliis latis ſplendentibus. B. Caules teretes ramoſi, folia alterna, ad baſin ramulorum oppoſita, ſub aquis habitantia, cacumine tantum emergente, foliis albidis muſcoſis.

### 49. SAGINA.

1. Sagina, *procumbens*, ramis procumbentibus, petalis breviſſimis. L. Vogelkraut mit Grasblättern. Alſine puſilla graminea flore tetrapetalo. Seguier.

# CLASSIS V.

# *PENTANDRIA.*

Staminibus quinque, ſtylo uno, duobus, tribus, quatuor, quinque, aut pluribus, hinc Monogynia, Digynia, Trigynia, Tetragynia, Pentagynia & Polyginia.

*Monogynia.*

## *A. Monogynia.*

Floribus vel monopetalis tetraſpermis, vel monopetalis angioſpermis, vel pentapetalis.

### *a. flores monopetali tetraſpermi.*

Seminibus quatuor nudis in fundo calycis. Huc pertinent; Echium. Pulmonaria. Lithoſpermum. Symphytum. Borago. Lycopſis. Aſperugo. Cynogloſſum. Anchuſa. Myoſotis.

### 50. ECHIUM.

1. Echium, *vulgare*, caule tuberculato-hiſpido, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus. L. wilde hochblaue Ochſenzung. Caulis maculis ſive tuberculis rubris aut fuſcis variegatus. Præter varietates flore albo & violaceo plantam vidi flore roſeo ſuperbientem & formoſiſſimam.

### 51. PULMONARIA.

1. Pulmonaria, *officinalis*, foliis radicalibus ovato-cordatis ſcabris. L. Lungenkraut. Folia caulina ovato-lanceolata ſeſſilia.

52. LI-

## 52. LITHOSPERMUM.

*Monogynia.*

1. Lithoſpermum, *officinale*, ſeminibus lævibus, corollis calycem vix ſuperantibus, foliis lanceolatis. L. Meerhirſen mit glattem Samen. Steinſamen. ex Oelhafio.
2. Lithoſpermum, *arvenſe*, ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus. L. Meerhirſen mit runzlichtem Samen.

## 53. SYMPHYTUM.

1. Symphytum, *officinale*, foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. L. Wallwurz. Beinwell. Planta hiſpida.

## 54. BORAGO.

1. Borago, *officinalis*, foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. L. Burretſch. Borragen. ex Oelhafio.

## 55. LYCOPSIS.

1. Lycopſis, *arvenſis*, foliis lanceolatis hiſpidis, calycibus florescentibus erectis, L. wilde bleichblaue Ochſenzung. Folia alterna ſeſſilia.

## 56. ASPERUGO.

1. Aſperugo, *procumbens*, calycibus fructus compreſſis. L. Klebkraut mit blauen Blumen.

## 57. CYNOGLOSSUM.

1. Cynogloſſum, *officinale*, ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus. L. Hundszunge. Flores plerumque obſolete rubri, interdum tamen vividiore tinguntur colore, conſeneſcentes cæruleſcunt.

## 58. ANCHUSA.

1. Anchuſa, *officinalis*, foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis. L. Ochſenzunge. Flores intenſe cærulei ſive purpurei, calyces læpe rufeſcunt.

## 59. MYOSOTIS.

1. Myoſotis, *ſcorpioides*, ſeminibus nudis, foliorum apicibus calloſis. L. Arvenſis blau Mäusöhrlein dicitur;

Monogynia. dicitur; hanc etiam floribus carneis vidi; in locis arenosis interdum minima est, floribusque vix conspicuis; palustris Vergiß mein nicht nominantur.

2. Myosotis, *lappula*, seminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis pilosis. L. kleine blaue Hundszunge. Caules erecti, superne in ramulos divisi, folia alterna, flores brevissime pedunculati.

*b. flores monopetali angiospermi.*

Seminibus pericarpio inclusis. Huc pertinet Lysimachia. Anagallis. Primula. Hottonia. Menyanthes. Convolvulus. Dathura. Hyoscyamus. Verbascum. Vinca. Solanum. Phyteuma. Campanula. Glaux. Nicotiana. Lonicera.

## 60. LYSIMACHIA.

1. Lysimachia, *vulgaris*, paniculata, racemis terminalibus. L. grosser gelber Weiderich.
2. Lysimachia, *thyrsiflora*, racemis lateralibus pedunculatis. L. Wasserweiderich. ex Oelhafio.
3. Lysimachia, *nummularia*, foliis subcordatis, floribus solitariis, caule repente. L. Pfennigkraut.

## 61. ANAGALLIS.

1. Anagallis, *arvensis*, foliis indivisis, caule repente. L. rother Gauchheil. rother Hünerdarm.

## 62. PRIMULA.

1. Primula, *veris*, foliis dentetis rugosis. L. gelbe Schlüsselblum.

* 2. Primula, *farinosa*, foliis crenatis glabris, florum limbo plano. L. rothe Schlüsselblum. Verbasculum umbellatum alpinum minus. B. Planta minor præcedente, folia subtus alba farinacea, flores rubri, petala profunde emarginata; in pratis remotioribus, Majo.

## 63. HOTTONIA.

1. Hottonia, *palustris*, pedunculo verticillato multifloro. L. Wasserviol. Wasserfeder.

64. ME-

## 64. MENYANTHES.

*Monogynia.*

1. Menyanthes, *nymphoides*, foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. L. kleine Seeblum.
2. Menyanthes, *trifoliata*, foliis ternatis. L. Biberklee. Limbi laciniæ candidis filamentis hirsutæ.

## 65. CONVOLVULUS.

1. Convolvulus, *sepium*, foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. L. grosse Winde.
1. Convolvulus, *arvensis*, foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis unifloris. L. kleine Winde. Non pedunculis sed caulibus tortilibus repit.

## 66. DATURA.

1. Datura, *stramonium*, pericarpiis spinosis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. L. Stechapfel. Caulis glaber ramosus, folia petiolata sinuato-dentata, flores sessiles aut brevissime pedunculati magni albi.

## 67. HYOSCYAMUS.

1. Hyoscyamus, *niger*, foliis amplexicaulibus sinuatis, floribus sessilibus. L. Bilsenkraut. Caulis & calyces villosi. Hyoscyamum album sive foliis petiolatis non esse Prussiæ indigenam jam Tomo I. monui, & errorem Lœselii ostendi.

## 68. VERBASCUM.

1. Verbascum, *thapsus*, foliis decurrentibus utrinque tomentosis. L. Wullkraut. Kerzenkraut. Staminum filamenta tria superiora luteis villis hirsuta antheras obtegentibus, duo reliqua glabra, antheræ aurantiæ.
2. Verbascum, *nigrum*, foliis oblongo-cordatis petiolatis. L. schwarz Wullkraut. Stamina omnia villosa purpurea, flores minores, spica interdum ramosa.

## 69. VINCA.

1. Vinca, *minor*, caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ovatis, floribus pedunculatis. L. Singrün.

*Monogynia.*

ex Oelhafio protuli, sed adhuc hodie reperitur locis remotioribus.

## 70. SOLANUM.

1. Solanum, *nigrum vulgatum*, caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus. L. Nachtschatten.
2. Solanum, *dulcamara*, caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. L. Je länger je lieber. Hinschkraut. Alfranken nobis. Folia petiolata, inferiora cordata.
3. Solanum, *tuberosum*, caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, pedunculis subdivisis. L. Erdapfel. Solanum tuberosum esculentum. B. quod apud nos colitur, sponte natum accepi ex loco uliginoso remotiore, aus einem Bruch. Non tamen idcirco indigenam dicere possum, quia casu quodam in isto loco germinare potuit.

## 71. PHYTEUMA.

1. Phyteuma, *spicata*, spica oblonga, capsulis biloculatibus, foliis radicalibus cordatis. L. Waldrapunzel mit längerer Aehre. Folia caulina ovato-lanceolata.
2. Phyteuma, *orbicularis*, capitulo subrotundo, foliis serratis, radicalibus cordatis. L. Waldrapunzel mit kürzerer runder Aehre. Hanc speciem ex Oelhafio citatam postea ipse reperi, in collibus hinter dem Grünen Hofe. Folia alterna, inferiora petiolata, superiora sessilia.

## 72. CAMPANULA.

1. Campanula, *rotundifolia*, foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. L. rundblätteriges Glöcklein. Folia radicalia petiolata crenata, caulina sessilia glabra alterna, flores cærulei, interdum candidi.
1. Campanula, *rapunculus*, foliis undulatis, radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. L. krausblätteriges Glöcklein. Rapunzel. Caulis angulosus scaber,

ſcaber, folia lanceolata ſeſſilia, ramuli erecti, flores minores. *Monogynia.*

3. Campanula, *perſicifolia*, foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis ſeſſilibus remotis. L. pfirſigblätteriges Glöcklein. Waldglöcklein. Folia glabra. Varietas: Rapunculus nemoroſus anguſtifolius magno flore B. paucis ſed amplis ſpecioſis pedunculatis cæruleis floribus donatur, quæ magnitudine flores Campanulæ pyramidalis æquant, immo ſuperant, adeoque ab obiter intuentibus pro hac haberi poſſunt, quam vix Pruſſiæ indigenam crederem, niſi Helwingius rem adfirmaret, cujus planta tamen foliis hirſutis a pyramidali differt, cui lævia.

4. Campanula, *trachelium*, caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. L. neſſelblättriges Glöcklein. Caules hirſuti, folia cordata, crenata, aſpera, pedunculi triflori.

5. Campanula, *glomerata*, caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. L. Glöcklein mit aufrecht ſtehenden Blumen. Halskraut. Caulis interdum procerus rufeſcens, foliis alternis remotis, in quorum alis longo per caulem ordine flores tres ad ſex ſeſſiles erecti, capitulum terminale pluribus floribus conglomeratum.

6. Campanula, *latifolia*, foliis ovato-lanceolatis, caule ſimpliciſſimo tereti, floribus ſolitariis pedunculatis, fructibus cernuis. L. breitblätteriges Glöcklein. Hanc ſpeciem Tom. I. tamquam dubius ex Oelbafio citavi, poſtea ſæpe vidi. Folia ſcabra ſerrata, flores cærulei ex alis foliorum pedunculis longioribus erectis.

7. Campanula, *thyrſoides*, hiſpida, racemo ovato-oblongo terminali, caule ſimpliciſſimo, foliis lanceolato-linearibus. L. Glöcklein mit aufrecht ſtehenden bleichblauen Blumen. Caulis cavus hirſutus ſtriatus ſubfulvus, crebris veſtitus foliis oblongis hiſpidis, flores copioſi erecti, in thyrſum diſpoſiti,

*Monogynia.*

ex cæruleo pallescentes, minores; in adpendice Tomi I. ex Menzelio.

* 8. Campanula, *rapunculoides*, foliis cordato-lanceolatis, caule ramoso, floribus secundis sparsis, calycibus reflexis. L. Glöcklein mit nach einer Seite gekehrten Blumen. Campanula pratensis rapunculi radice. B. Folia sparsa scabra sessilia, ramuli ex medio caulis floriferi, racemus terminalis longissimus, floribus dilutius cæruleis; ad viam nach dem H. Brunnen & alibi, in hortis sæpissime sponte crescit & difficillime exstirpatur, floret Julio.

* 9. Campanula foliis caulinis alternis ovato-lanceolatis serratis, floribus solitariis. Glöcklein mit rauchen einzelen Blumen. Planta tota hirsuta, caulis & folia brevioribus, calyx & corolla longioribus pilis albidis villosa. Caulis ruber, folia inferiora brevibus petiolis alatis, ex superiorum alis flores sessiles cernui majores cærulei. Dubium quænam species Auctorum; in sylva hinter der Kolbude reperi, Septemb.

## 73. GLAUX.

1. Glaux, *maritima*. L. Vogelkraut mit Koriandersamen.

## 74. NICOTIANA.

1. Nicotiana, *rustica*, foliis petiolatis ovatis integerrimis, floribus obtusis. L. wilder Taback. in adpendice Tomi I. ex Menzelio, quam plantam exoticam pro indigena habuisse jam ibidem suspicatus sum.

## 75. LONICERA.

1. Lonicera, *xylosteum*, pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis integerrimis pubescentibus. L. aufrecht stehendes Geisblatt. Plantam in adpendice ex Menzelio prolatam postea ipse vidi. Frutex foliis ovatis, ex quorum alis pedunculi breves solitarii biflori, floribus albidis mox luteolis, baccæ rubræ; in sylva bey der Kolbude.

*c. flores*

*c. flores pentapetali.* *Monogynia.*

Rhamnus. Evonymus. Ribes. Hedera.

## 76. RHAMNUS.

1. Rhamnus, *frangula*, inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. L. Faulbaum. Schießbeerbaum.

## 77. EVONYMUS.

1. Evonymus, *europæus tenuifolius*, floribus plerisque quadrifidis. L. Spindelbaum.

## 78. RIBES.

1. Ribes, *rubrum*, inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis. L. rothe Johannistrauben.
2. Ribes, *nigrum*, inerme, racemis pilosis, floribus oblongis. L. schwarze Johannistrauben.
* 3. Ribes, *uva crispa*, ramis aculentis, baccis glabris, pedicellis bractea monophylla. L. Stachelbeeren. Kristbeeren nobis. Grossularia simplici acino vel spinosa sylvestris. B. ad sepes & in sylvis ipsis passim sponte crescit, Aprili, Majo.

## 79. HEDERA.

1. Hedera, *helix*, foliis ovatis lobatisque. L. Epheu.

## *B. Digynia.* *Digynia.*

Floribus sparsis, capitatis, & umbellatis.

*a. flores sparsi.*

Herniaria. Chenopodium. Salsola. Ulmus. Gentiana.

## 80. HERNIARIA.

1. Herniaria, *glabra*, glabra herbacea. L. Bruchkraut.

## 81. CHENOPODIUM.

1. Chenopodium, *bonus Henricus*, foliis triangulari-sagittatis integerrimis, spicis compositis aphyllis. L. guter Henrich. Schmerbel. schmieriger Gänsfuß.

*Digynia.* 2. Chenopodium, *rubrum*, foliis cordato triangularibus obtusiusculis dentatis, racemis erectis compositis folioſis caule brevioribus. L. rother Gänsfuß.

3. Chenopodium, *album*, foliis rhomboideo-triangularibus eroſis poſtice integris, ſummis oblongis, racemis erectis. L. weiſſer Gänsfuß.

4. Chenopodium, *glaucum*, foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis ſimplicibus glomeratis. L. grauer Gänsfuß. Miſtmelte.

5. Chenopodium, *vulvaria*, foliis integerrimis rhombeo-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus. L. ſtinkender Gänsfuß. Hundsmelte. Schamkraut.

* 6. Chenopodium, *murale*, foliis ovatis nitidis acutis dentatis, racemis ramoſis nudis. L. Mauergänsfuß. Atriplex ſylveſtris latifolia, acutiore folio. B. Folia alterna petiolata, non farinacea; ad muros & vias, Julio.

* 7. Chenopodium, *viride*, foliis rhomboideis dentato-ſinuatis, racemis ramoſis ſubfoliatis. L. grüner Gänsfuß. Folia ſuperiora lanceolata integerrima; inter olera, Julio.

* 8. Chenopodium, *polyſpermum*, foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphillis axillaribus. L. Gänsfuß mit häufigem Samen. Fiſchmelte. in ſimetis & oleraceis,

## 82. SALSOLA.

1. Salſola, *kali*, herbacea decumbens, foliis ſubulatis ſpinoſis, calycibus marginatis axillaribus. L. Salzkraut. Kali ſpinoſo affinis. B. Hoc Bauhini nomen noſtræ plantæ competit, alterum vero: Kali ſpinoſum cochleatum. B. quod & Oelhafius & ego Tomo I. adpoſui, ad aliam ſpeciem pertinet nobis non indigenam.

## 83. ULMUS.

1. Ulmus, *campeſtris*, foliis duplicato-ſerratis baſi inæqualibus. L. Ulmbaum. Röſter. Helwingius diverſas hæc nomina germanica ſpecies indicare contendit, & hanc, ſive Röſtern, loca ſicciora & mon-

montana amare, lignum robuſtum durum tenax totum fere e medulla conſtans habere, illam vero, ſive Ulmbaum, locis lutoſis humidis & riguis gaudere, fruticoſiorem eſſe & pauciſſimæ medullæ, ligno luteo-pallido lento & obſequioſo ſeu flexili. *Digynia.*

## 84. GENTIANA.

1. Gentiana, *centaureum*, corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo. L. rothe Genzianelle. Tauſendguldenkraut. Folia oppoſita ſeſſilia, caules anguloſi. Hæc ſpecies brevi ſtylo inſtructa, qui duobus ſtigmatibus terminatur.

2. Gentiana, *campeſtris*, corollis quadrifidis fauce barbatis, L. kleine Genzianelle. Caules breves ramoſi purpurei, folia oppoſita brevia ſeſſilia, flores ſolitarii majores ex rubro purpurei, fauce villoſi, calycis folia quatuor, alterna majora, ſtamina quatuor.

3. Gentiana, *cruciata*, corollis quadrifidis imberbibus, floribus verticillatis ſeſſilibus. L. Kreutzgenzianelle. Modelgeer. Caules teretes ſubrubentes, folia oppoſita amplexicaulia lævia pinguia, tribus venis longitudinalibus, flores e ſupremorum foliorum alis conferti cærulei minores, ex Oelhafio.

4. Gentiana, *amarella*, corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. B. äſtige Genzianelle. in adpendice Tomi I. ex Menzelio.

5. Gentiana, *punctata*, corollis quinquedentatis. L. punktirte Genzianelle. Folia oppoſita venoſa, inferiora petiolata majora lanceolata, ſuperiora minora ſemiamplexicaulia, flores pallidi punctis nigri ſeu fuſis notati, ex Menzelio.

### *b. flores capitati.*

## 85. ERYNGIUM.

1. Eryngium, *planum*, foliis radicalibus ovalibus planis crenatis, capitulis pedunculatis. L. Brackdiſtel. Mannstreu.

2. Eryn-

*Digynia.* 2. Eryngium, *maritimum*, foliis radicalibus ſubrotundis plicatis ſpinoſis, capitulis pedunculatis. L. Meerbrackdiſtel.

*c. flores umbellati.*

Umbella compoſita, 1. involucro univerſali & partiali, 2. involucro partiali tantum, 3. involucro nullo, 4. umbella ſimplici.

1. *involucro univerſali & partiali.*

Sanicula. Bupleurum. Tordylium. Daucus. Conium. Selinum. Athamanta. Laſerpitium. Heracleum. Angelica. Sium. Ligusticum.

## 86. SANICULA.

1. Sanicula, *europæa*, foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus. L. Sanickel. Folia petiolata.

## 87. BUPLEURUM.

1. Bupleurum, *falcatum*, involucellis pentaphyllis acutis, univerſali ſubpentaphyllo, foliis lanceolatis, caule flexuoſo. L. Haſenöhrlein mit ſichelförmigen Blättern. Caulis lævis ſtriatus cavus, folia inferiora latiora, caulina longiuscula ſtriata venoſa. flores lutei, ex Eichſtadio.
2. Bupleurum, *longifolium*, involucellis pentaphyllis ovatis, univerſali ſubpentaphyllo, foliis amplexicaulibus. L. Haſenöhrlein mit langen Blättern. Flores ſublutei; in adpendice ex Menzelio.

## 88. TORDYLIUM.

1. Tordylium, *anthriſcus*, umbellis confertis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis. L. Klettenkörfel. Foliola tria, quorum ſupremum ceteris longius.

## 89. DAUCUS.

1. Daucus, *carota*, ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis. L. Vogelneſt. Caulis & folia hirſuta, hæcque bipinnata, foliolis parvis inciſis. Involucrum

erum universale post florescentiam non semper cum umbella contrahitur, sed interdum patulum manet. *Digynia.*

## 90. CONIUM.

1. Conium, *maculatum*, seminibus striatis. L. Schierling. Caulis procerus cavus lævis, maculis rubentibus notatus, folia nunc alterna nunc opposita scabra tripinnata, superiora bipinnata, pinnulis incisis. Involucra paucis plerumque foliolis componuntur, & universale interdum defluit umbella adhuc florente, flores albi.

## 91. SELINUM.

1. Selinum, *palustre*, sublacteſcens, radice unica. L. Sumpfolsenich. Seseli palustre lacteſcens. B. Hæc species, non vero Selinum sylvestre L. quod Tomo I. protuli, in paludibus reperitur. Caulis tricubitalis, folia tripinnata, flores albi.

2. Selinum, *carvifolia*, caule sulcato acutangulo, involucro universali caduco, pistillis fructus reflexis. L. Roßfenchel. Angelik mit fein getheilten Blättern. Est eadem planta, quæ in prima Specierum editione & in Tomo I. Floræ nostræ vocatur Seseli foliis bipinnatis sublinearibus, petiolis basi membranaceis, seminibus ovalibus. De hac herba, non ubique obvia, botanicis non satis convenit omnibus. Joh. Bauhinus eam sub nomine Carvifoliæ descripsit, nec tamen iconem dedit. Casp. Bauhinus in Phytopinace Siler tertium, in Pinace Carvi tertium sive Caryifoliam vocat. Morison neque in Umbelliferarum Distributione neque in Historia Plantarum universali ejus mentionem facere videtur. Tournefortius eam pariter silet, nisi, ut Ruppius suspicatur, per Imperatoriam pyrenaicam tenuifoliam hanc intelligat, sed si illam pro Carvifolia Bauhini habuisset, nomen hoc, uti semper ei mos est, subjunxisset. A Rivino sub nomine Angelicæ tenuifoliæ descripta & depicta, qui eam Daucum itemque Seseli pratense tenuifolium Bauhini, & Hippomara-

*Digynia.* maratrum ſecundum Tabernæmontani dicit. Hallerus in Enum. Stirp. Helvetiæ Peucedanum, in notis ad Ruppium Thyſſelinum adpellat. Apud nos quotannis ad colles herboſos & fruticoſos hinter dem Grünen Hofe reperitur, ubi menſe Auguſto floret, Septemb. ſemina perficit. Brevem ergo plantæ deſcriptionem dabo, quam nemo adhuc in Pruſſia obſervavit, aut ſaltem quod ſciam publicavit, ut quærentibus certius innoteſcat. Caulis non cavus, ſicut in pluribus umbellatis, ſed alba medulla farctus, pallide viridis, cubitalis aut longior, profunde ſulcatus, angulis acutis prominentibus membranaceis, quæ membranæ ad exortum foliorum & ſub umbella criſpantur. Folia alterna remota tripinnata, petiolis latis pari modo ut caulis ſulcatis. Ramuli foliorum brevia oppoſita. Foliola parva glabra, ita inciſa ut plerumque bi-vel triloba videantur; quilibet lobusbreviſſimo & quaſi emortuo mucrone rigidiuſculo terminatur. Involucrum univerſale dubium; Hallerus in Enum. Stirp. negat, in notis ad Ruppium obſcurum dicit; Linnæus, cum in editione priore ad Seſeli plantam retulerit, pariter nullum ſtatuit, nunc vero ubi Selino eam adjunxit, hoc ipſo jam concedit, ſed deciduum nominat. Cum plurimas umbellas examinaverim, ſæpe quidem foliolum unum aut alterum anguſtum lineare, ſæpe autem nullum reperi, licet umbellæ adhuc tenerrimæ fuerint; ergo aut maxime caducum aut interdum deficit. Involucrum partiale polyphyllum lineare perſiſtens. Radii umbellæ univerſalis plures, exteriores longiores, hinc umbella plana. Petala inflexo-cordata ſubæqualia. Nonnulli flores luteos credidernnt; ipſe Joh. Bauhinus, qui primus plantam deſcripſit, ex luteolo palleſcentes fere albos dixit, ſed ſunt omnino albi immo candidi; parte averſa rubentes idem notavit, Linnæus vero non ſubtus rubros perhibet, & fatendum utique umbellam ſæpiſſime omnis ruboris expertem eſſe, interdum tamen corollæ adhuc clauſæ

rubore

rubore perfusæ, & tunc postquam explicatæ subtus adhuc leviter rubent, immo umbellam bene explicatam & penitus rubram reperi & servavi. Stamina longa & cum antheris alba, styli reflexi. Ubi petala & stamina defluxerunt, germina partim viridia manent, partim purpurascunt, apices vero germinum candidi cum stylis albis reflexis adhuc persistentibus umbellam diversicolorem reddunt, brevi tamen apices cum stylis etiam ruborem contrahunt. Umbella ubi defloruit contrahitur, radiis magis erectis. Color purpureus & viridis seminum sensim palleſcit, hæque matureſcunt, quæ tum tribus sulcis longitudinalibus in medio & alis sive marginibus foliaceis notantur. Sapor plantæ aromaticus. *Digynia.*

## 92. ATHAMANTA.

1. Athamanta, *libanotis*, foliis bipinnatis planis, umbellis hemisphæricis, seminibus hirsutis. L. Hirſchheilwurz. Caulis canaliculatus, foliola angusta inciſa pallida, floſculi sordide albi conferti.
2. Athamanta, *oreoſelinum*, foliolis divaricatis. L. Bergpeterlein. Caulis magis teres, ramificationes foliorum ad angulos rectos divaricantur, foliola parva, sæpe biternata, acute inciſa, umbella planior, floſculi albidiores, semina margine albo cincta.

## 93. LASERPITIUM.

1. Laſerpitium, *prutenicum*, foliolis lanceolatis integerrimis, extimis coalitis. L. Hirſchwurz mit klebrigen Samen. Hoc Laſerpitium Tomo I. ex Jac. Breynii Centuria prolatum poſtea copioſe reperi in collibus hinter dem Grünen Hofe. Caulis parum hirsutus canaliculatus, ramuli foliorum hirsuti, ut & coſta media foliorum, hæc ipſa vero glabra bipinnata foliolis lanceolatis integris, quibusdam etiam diviſis, in pinnulis superioribus foliola coalita, quare ibi tantum pinnata videntur. Figuræ Breynii & Rivini optime folium depingunt. Involucrum univerſale & partiale breve polyphyllum reflexum,

*Digynia.* reflexum, foliolis latis rubentibus, margine albo. Corollæ petala alba æqualia inflexa, ſtamina corolla longiora, ſtyli breviſſimi. Semina quatuor membranis inſtructa, duabus latioribus ad margines & duabus anguſtioribus in dorſo.

## 94. HERACLEUM.

1. Heracleum, *ſphondylium*, foliolis pinnatifidis. L. Bärenklau. Bartſch nobis. Planta procera hirſuta, & nobis vulgaris, floribus tamen non albis ſed virentibus; Hallerus in notis ad Ruppium diverſam eſſe ſpeciem dicit, quæ floribus virentibus regularibus prædita, Sphondylium nempe foliis anguſtioribus Rivini; noſtra vero planta folia laba, flores virentes ſubuniformes gerit. Linnæus plantam Rivini pro varietate habet, & aliam ſpeciem in Sibiria naſcentem floribus uniformibus viridi-luteis profert.

## 95. ANGELICA.

1. Angelica, *ſylveſtris*, foliis æqualibus ovato-lanceolatis ſerratis. L. Waldangelik. Folia bipinnata, flores ſordide albi, parum virentes, interdum ex albo purpuraſcunt, & caulis fuſcus evadit.
2. Angelica, *archangelica*, foliorum impari lobato. L. Waſſerangelik. Planta non ubique obvia, multisque botanicis non viſa, adeoque diverſimode deſcripta, apud nos tamen locis humidis ſponte creſcens. Plerumque ſub nomine Archangelicæ nota & deſcripta a Lobelio, Dodonæo, Cluſio, aliis. Joh. Bauhinus eam non vidiſſe fatetur, nec Caſp. Bauhinus ſibi ſatis conſtare videtur, cum & Angelicæ ſuæ ſylveſtri montanæ, & Angelicæ aquaticæ ſynonymum Archangelicæ jungit, quin & ſub nomine Angelicæ ſativæ noſtram intelligere videtur. Moriſon Angelicæ ſpeciem in horto viſam, quam Angelicam ſylveſtrem majorem danicam vocat, dubius ſed ut videtur juſte ad Archangelicam refert, Angelicam vero ſativam & ſylveſtrem montanam Bauhini ſive Archangelicam Cluſii ſeparatim profert. Recentioribus melius innotuit. Eſt autem

planta

planta procera, hominis altitudinem interdum superans, foliis magnis bipinnatis, foliolis fere ovatis crenatis, extremo trilobo, interdum bilobo. Radii umbellæ universalis longi numerosissimi, involucro tri-vel etiam monophyllo. Flores alii albos alii luteos dixerunt, sunt autem coloris obsolete viridis, semina magna. *Digynia.*

## 96. SIUM.

1. Sium, *latifolium*, foliis pinnatis, umbellis terminalibus. L. Wasserpeterlein mit breiten Blättern. Foliola serrata. Hujus Varietas: Sium sive Apium palustre foliis oblongis. B. Wasserpeterlein mit schmalen Blättern. Hæc est species nostra secunda Tomi I, quia in priore Specierum editione desiderabatur.
2. Sium, *nodiflorum*, foliis pinnatis, umbellis axillaribus sessilibus. L. Wasserpeterlein mit kurzen Blättern. Planta minus erecta magisque procumbens.

In Sii speciebus foliola involucri universalis sæpe dentata aut divisa, quod interdum & in particulari observatur.

## 97. LIGUSTICUM.

1. Ligusticum, *peloponnesiacum*, foliis multiplicato-pinnatis, foliolis pinnatim incisis. L. stinkender Schierling. ex Oelhafio, qui procul dubio erravit.

### 2. *involucro partiali tantum.*

Phellandrium. Cicuta. Æthusa. Chærophyllum. Scandix. Seseli nunc jam omittendum, quia planta illuc pertinens ad Selinum relata est.

## 98. PHELLANDRIUM.

1. Phellandrium, *aquaticum*, foliorum ramificationibus divaricatis. L. Wasserschierling. Folia bi- & tripinnata, foliolis angustis incisis glabris; foliorum

*Digynia.* ramuli ad angulos rectos immo obtusos a petiolo secedunt; involucrum crebro polyphyllum, flores albi.

## 99. CICUTA.

1. Cicuta, *virosa*, umbellis oppositifoliis, petiolis marginatis obtusis. L. Wasserpeterlein mit Rauten-blättern. Foliola oblonga serrata, flores albi.

## 100. AETHUSA.

1. Æthusa, *cynapium*. L. Hundspeterlein. Caulis striatus, folia atrovirentia bi- & tripinnata, foliolis varie incisis, flores albi.

## 101. CHAEROPHYLLUM.

1. Chærophyllum, *sylvestre*, caule striato, geniculis tumidiusculis. L. wilder Körfel mit gestreiftem Stängel. Kälberkropf nobis. Foliola incisa oblonga, flores albi.
2. Chærophyllum, *temulum*, caule scabro, geniculis tumidis. L. wilder Körfel mit rauchen knotichtem Stängel. Caulis fuscus, flores albi.

* 3. Chærophyllum, *bulbosum*, caule lævi, geniculis tumidis. L. wilder Körfel mit glattem knotichtem Stängel. Cicutaria bulbosa. B. Radix bulbosa, caulis procerus, maculis rufo-fuscis variegatus, inferne ad duo genicula usque hirsutus, superne glaber; folia supra decomposita glabra, a parte supina petioli & nervi medii longis pilis albis hirsuta; involucrum foliolis paucioribus constat; flores albi; im Heiligen Brunnen & hinter dem Grünen Hofe, Junio.

## 102. SCANDIX.

1. Scandix, *odorata*, seminibus sulcatis angulatis. L. grosser Körfel. Flores disci masculi, radii hermaphroditi; ex Oelhafio.

* 2. Scandix, *anthriscus*, seminibus ovatis hispidis, corollis uniformibus, caule lævi. L. wilder Körfel mit rauhem Samen. Myrrhis sylvestris seminibus asperis. B. Folia tripinnata foliolis parvis inciss,

inciſis, umbella univerſalis & partialis radiis paucis brevibus, involucrum parvum, floſculi albi parvi, diſci hermaphroditi, radii feminei, petala fere æqualia, ſemina non longa ut in reliquis hujus generis, ſed brevia hiſpida; ad ſepes parcius floret, Majo. *Digynia.*

3. *involucro nullo.*

Paſtinaca. Pimpinella. Apium. Ægopodium.

## 103. PASTINACA.

1. Paſtinaca, *ſativa*, foliis ſimpliciter pinnatis. L. wilde Paſtinack. Foliola ſuperne denticulata ſeu inciſa.

## 104. PIMPINELLA.

1. Pimpinella, *ſaxifraga*, foliis pinnatis, foliolis radicalibus ſubrotundis, ſummis linearibus. L. Bibernell. Planta diverſæ magnitudinis, interdum minimæ, floribus albis.

## 105. APIUM.

1. Apium, *grave olens*, foliolis caulinis cuneiformibus, umbellis ſeſſilibus. L. Waſſereppich. Marſkraut. Caules ſtriati concavi, folia Apii hortenſis, ſed majora latiora atroviridia odorata, flores non lutei ſed albi; ex Oelhaſio.

Apii umbellis univerſalibus & partialibus ſæpe unicum breve & anguſtum lineare foliolum tamquam involucrum ſubjicitur, ſæpe etiam deeſt.

## 106. AEGOPODIUM.

1. Aegopodium, *podagraria*, foliis caulinis ſummis ternatis. L. Gierſch. Zipperleinkraut. Foliola quædam fere cordata, alia lanceolata, interdum lobata, ſerrata, flores candidi.

Anethum, quod quidem in hortis & campis oleraceis copioſe & ſponte creſcit, itemque Carum, quod ſemel ante portam olivenſem ſponte natum

*Digynia.* vidi, non tamen antea inter indigenas collocandum judicavi, donec pluribus locis reperiatur.

4. *umbella simplici.*

### 107. HYDROCOTYLE.

1. Hydrocotyle, *vulgaris*, foliis peltatis, umbellis quinquefloris. L. Nabelkraut. ex Oelhafio.

*Trigynia.*

## C. *Trigynia.*

Viburnum. Sambucus. Alsine.

### 108. VIBURNUM.

1. Viburnum, *opulus*, foliis lobatis, petiolis glandulosis. L. Schwelken. Ballrosen nobis.

### 109. SAMBUCUS.

1. Sambucus, *nigra*, cymis quinquepartitis, caule arboreo. L. Holunder. Flieder nobis.
2. Sambucus, *ebulus*, cymis trifidis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. L. Attich. Baccæ ex rubro nigricant; ex Oelhafio.

### 110. ALSINE.

1. Alsine, *media*, petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. L. Vogelkraut. Hünerdarm. Mire nobis.

*Tetragynia.*

## D. *Tetragynia.*

### 111. PARNASSIA.

1. Parnassia, *palustris*. L. Steinblumen. weisse Leberblumen.

*Pentagynia.*

## E. *Pentagynia.*

Statice. Linum. Drosera.

### 112. STATICE.

1. Statice, *armeria*, scapo simplici capitato, foliis linearibus. L. Meergras. Meernelken. Brustkraut.

113. LI-

## 113. LINUM. *Pentagynia.*

1. Linum, *catharticum*, foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. L. Purgirflachs.

* 2. Linum, *usitatissimum*, calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario. L. wilder Flachs. Linum arvense. B. Sativo humilius, caulibus & foliis glabris; ex alis foliorum ramuli pauciflori; calycis foliola in medio angulata; flores cærulei, antheræ & styli ejusdem coloris. Florem luxuriantem calyce hexaphyllo, petalisque sex, staminibus tamen quinque vidi, reliquis ejusdem caulis solito numero. A sativo solum cultura diversum, & inter rariores Prussiæ plantas numerandum, cujus adhuc nemo mentionem fecit, hic tamen in sylvestribus remotioribus sponte natum, Augusto.

## 114. DROSERA.

1. Drosera, *rotundifolia*, scapis radicatis foliis orbiculatis. L. Sonnenthau mit runden Blättern.

* Hanc speciem ex Oelhafio citatam postea ipse vidi. Ex radice oriuntur aliquot petioli rubri villosi, terminati folio rotundo a parte convexa luteo-viridi splendente, margine vero & concava pagina ut & petioli summitate filamentis rubris crispis splendentibus ornatis; inter hæc folia pedunculi surgunt erecti simplices, floribus secundis breviter pedicellatis erectis parvis albidis instructi; in paluſtribus remotioribus, Julio.

2. Drosera, *longifolia*, scapis radicatis, foliis oblongis. L. Sonnenthau mit langen Blättern. A præcedente non differt nisi foliorum figura; petiolus longus sensim ampliatur in folium oblongum magis villosum apice obtuso. Hanc pariter ipse vidi, prius ex Oelhafio prolatam.

## *F. Polygynia.* *Polygynia.*

## 115. MYOSURUS.

1. Myosurus, *minimus*. L. Mausschwänzlein.

# CLASSIS VI.

# *HEXANDRIA.*

Staminibus ſex, eſtque vel Monogynia, vel Trigynia, vel Polygynia.

*Monogynia.*

## *A. Monogynia.*

Galanthus. Allium. Lilium. Ornithogalum. Anthericum. Aſparagus. Convallaria. Acorus. Juncus. Berberis.

### 116. GALANTHUS.

*Cal.* Spatha oblonga compreſſa, latere plano rumpens. *Cor.* petala tria oblonga concava patula; nectarium triphyllum petalis brevius. *Stam.* filamenta breviſſima, antheræ conniventes. *Piſt.* germen globoſum infra receptaculum, ſtylus ſtaminibus longior, ſtigma ſimplex. *Peric.* capſula obtuſe trigona trilocularis. *Sem.* globoſa.

* 1. Galanthus, *nivalis.* L. Schneetropfen. Schneeblumen nobis. Leucojum bulboſum trifolium minus. B. Folia linearia, flores albi nutantes, nectarii petala apice viridia emarginata, a parte interiore ſtriis viridibus picta; in ſylvis remotioribus, Martio.

### 117. ALLIUM.

1. Allium, *carinatum*, caule planifollo bulbifero, ſtaminibus ſubulatis. L. Bergknoblauch.

2. Allium, *vineale*, caule teretifolio bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis. L. Ackerknoblauch.

Aliam

Aliam adhuc Allii ſpeciem humiliorem bulbiferam, bulbis albidis, vidi, qui in præcedentibus fuſci ſunt, ſed nec folia nec flores aderant. *Monogynia.*

## 118. LILIUM.

1. Lilium, *martagon*, foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. L, Türkiſcher Bund. Goldwurz. ex Oelhafio,

## 119. ORNITHOGALUM.

1. Ornithogalum, *luteum*, ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplicibus. L. Ackerzwiebel mit gelben Blumen, und einfachen Stängeln.

* 2. Ornithogalum, *minimum*, ſcapo angulato diphyllo, pedunculis umbellatis ramoſis. L. Ackerzwiebel mit gelben Blumen und äſtigen Stängeln. Flores priori ſpeciei ſimiles; in Karlkau, Aprili.

* 3. Ornithogalum, *pyrenaicum*, racemo longiſſimo, filamentis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus, fructiferis ſcapo approximatis. L. Ackerzwiebel mit weiſſen Blumen. Ornithogalum anguſtifolium majus, floribus ex albo virescentibus. B. Pedunculi dum florent expanſi, poſtea erecti, flores majores albi, exterius virides margine albo, ſtaminum filamenta lata, apice acuto, alterna parum anguſtiora, antheræ incumbentes; in montibus remotioribus, Majo.

## 120. ANTHERICUM.

1. Anthericum, *ramoſum*, foliis planis, ſcapo ramoſo, corollis planis, piſtillo recto. L. Graslilien. weiſſer Wiederthon. Hanc ſpeciem ex Eichſtadio prolatam poſtea ipſe vidi. Caulis altus ramoſus, flores albi.

2. Anthericum, *liliago*, foliis planis, ſcapo ſimpliciſſimo, corollis planis, piſtillo declinato. L. Erdſpinnenkraut.

*Monogynia.*

## 121. ASPARAGUS.

1. Asparagus, *officinalis*, caule herbaceo erecto, foliis setaceis; stipulis duabus interioribus, una exteriore. L. wilder Spargel. A sativo non differt nisi cultura.

## 122. CONVALLARIA.

1. Convallaria, *majalis*, scapo nudo. L. Mayenblumen. Lilien Konvallien nobis.
2. Convallaria, *polygonatum*, foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subunifloris. L. Weißwurz.
3. Convallaria, *bifolia*, foliis cordatis. L. Einblatt. Zweyblatt.

## 123. ACORUS.

1. Acorus; *calamus vulgaris*. B. Kalmus. Folia longissima linearia integerrima odorata, spadix solitarius acaulis ex ipso folii latere erumpit.

## 124. JUNCUS.

1. Juncus, *conglomeratus*, culmo nudo stricto, capitulo laterali. L. Knopfkrötengras.
2. Juncus, *effusus*, culmo nudo stricto, panicula laterali. L. Buschkrötengras.
3. Juncus, *filiformis*, culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. L. fadenformiges Krötengras.
4. Juncus, *squarrosus*, culmo nudo, foliis setaceis, capitulis glomeratis aphyllis. L. Krötengras mit schwarz gespitztem Samen. Jo. Phil. Breynius reperit.
5. Juncus, *articulatus*, foliis nodoso-articulatis, petalis obtusis. L. gegliedertes Krötengras.
6. Juncus, *bulbosus*, foliis linearibus canaliculatis, capsulis obtusis. L. Zwiebelntragendes Krötengras. Gramen junceum foliis & spica Junci. B.

7. Juncus,

7. Juncus, *bufonius*, culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus solitariis sessilibus. L. kriechendes Krötengras. *Monogynia.*

8. Juncus, *pilosus*, foliis planis pilosis, corymbo ramoso. L. haariges Krötengras.

9. Juncus, *campestris*, foliis planis subpilosis, spicis sessilibus pedunculatisque. L. Feldkrötengras.

## 125. BERBERIS.

1. Berberis, *vulgaris*, pedunculis racemosis, L. Saurach. Rebarberbeeren nobis.

## *B. Trigynia.* *Trigynia.*

Rumex. Triglochin.

## 126. RUMEX.

1. Rumex, *crispus*, floribus hermaphroditis, valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. L. krausblätterige Mengelwurz. Grindwurz. Folia tenuia angusta erecta atro-viridia.

2. Rumex, *acutus*, floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. L. spitzblätterige Mengelwurz. Lapathum folio acuto plano. B. Caulis striatus, folia venosa longa.

3. Rumex, *obtusifolius*, floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis. L. stumpfblätterige Mengelwurz. Folia dilutius virentia, interdum maculis subrubris notata.

4. Rumex, *aquaticus*, floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis acutis. L. Wassermengelwurz. Wasserampfer.

5. Rumex, *acetosa*, floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis. L. Sauerampfer.

*Trigynia.* 6. Rumex, *acetoſella*, floribus dioicis, foliis lanceolato-haſtatis. L. kleiner Sauerampfer. Schaafampfer. Varietatis: Acetoſæ arvenſis minimæ non lanceolatæ. B. Folia radicalia lanceolata quidem ſed non haſtata.

## 127. TRIGLOCHIN.

1. Triglochin, *paluſtre*, capſulis trilocularibus ſublinearibus. L. geährtes Waſſergras mit dreyfächerigen Samenhülſen. Salzkraut quibusdam.

2. Triglochin, *maritimum*, capſulis ſexlocularibus ovatis. L. geährtes Waſſergras mit ſechsfächerigen Samenhülſen.

*Polygynia.*

## C. *Polygynia.*

## 128. ALISMA.

1. Alisma, *plantago aquatica*, foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. L. Waſſerwegerich. Ramuli verticillati.

## CLASSIS VII.

*Monogynia.*

## *HEPTANDRIA.*

Staminibus ſeptem, ſtylo unico.

### 129. TRIENTALIS.

1. Trientalis, *europæa*, foliis lanceolatis integerrimis, L. Meyerblumen.

CLAS-

# Classis VIII.

# *OCTANDRIA.*

Staminibus octo, stylo vel unico vel tribus vel quatuor.

*Monogynia.*

## *A. Monogynia.*

Oenothera. Epilobium. Vaccinium. Erica. Daphne.

### 130. OENOTHERA.

1. Oenothera, *biennis*, foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato-subvilloso. L. gehörnter gelber Weiderich. Caulis ramosus, folia sparsa sessilia brevissime denticulata, radicalia longa, nervo albo per medium ducto, flores pedunculati solitarii lutei.

### 131. EPILOBIUM.

1. Epilobium, *angustifolium*, foliis sparsis lineari-lanceolatis, floribus inæqualibus. L. Schotenweiderich mit schmalen Blättern.
2. Epilobium, *hirsutum*, foliis oppositis lanceolatis serratis decurrenti-amplexicaulibus. L. rauher Schotenweiderich mit grossen rothen Blumen. Weiderichröslein. Folia cum caulibus & capsulis seminalibus hirsuta, flores magni rubri, petala profunde emarginata. Varietas floribus minoribus pallidis.
3. Epilobium, *montanum*, foliis oppositis ovatis dentatis. L. glatter Schotenweiderich mit weissen Blumen. Folia glabra, flores minores albi, alii etiam rubri.
4. Epilobium, *tetragonum*, foliis lanceolatis denticulatis, imis oppositis, caule tetragono. L. Schotenweiderich

weiderich mit kleinen bleichen Blumen. Folia glabra, ſuperiora alterna, flores minores pallidi. *Monogynia.*

## 132. VACCINIUM.

1. Vaccinium, *myrtillus*, pedunculis unifloris, foliis ſerratis ovatis deciduis, caule angulato. L. Heidelbeeren. Blaubeeren nobis. Corolla campanulato-globoſa rubra, laciniis minimis, quæ interdum quatuor, ſæpiſſime quinque, & tunc ſtamina decem adſunt.

2. Vaccinium, *vitis idæa*, racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis ſubtus punctatis. L. Preuſſelbeeren. Flores carnei vel albi; corolla magis aperta, & laciniæ paullo majores quam in præcedente.

3. Vaccinium, *oxycoccos*, foliis integerrimis revolutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus nudis. L. Moßbeeren. Flores rubri margine albi.

## 133. ERICA.

1. Erica, *vulgaris*, antheris bicornibus incluſis, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppoſitis ſagittatis. L. Heidekraut. Folia parva erecta decuſſata ſeu quadrifariam vergentia. Flore rubro nobis vulgatiſſima, albo rariſſima, calyce ſemper concolore. Planta adulta in fruticem abit. Varietatem reperi foliis non erectis ſed horizontalibus laxius diſpoſitis & longioribus, ex quorum alis hinc inde ramuli crebri erumpentes plantam magis criſpam reddebant; flores majusculi carnei magis patentes & laxiores; tota planta lætius virebat.

Ericæ adhuc alia ſpecies apud nos reperitur, ſed in loco difficilioris aditus, nimirum in Hela, quam ante plures annos illic vidi, nec tum determinare potui, Linnæi Speciebus Plantarum nondum editis.

134. DA-

*Monogynia.*

## 134. DAPHNE.

1. Daphne, *mezereum*, floribus seſſilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. L. Kellerhals. Pfefferbaum. Wolfsbaſt nobis. Flores in quibusdam fruticibus intenſius in aliis dilutius rubent, & hæc varietas conſtans eſt, vidi etiam fruticem floribus albis.

*Trigynia.*

# *B. Trigynia.*

## 135. POLYGONUM.

1. Polygonum, *biſtorta*, caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. L. Natterwurz.

2. Polygonum, *amphibium*, floribus pentandris ſemidigynis, ſtaminibus corolla longioribus. L. ſpitziges Sauerkraut.

3. Polygonum, *hydropiper*, floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. L. Waſſerpfeffer.

4. Polygonum, *perſicaria*, floribus hexandris digynis, ſpicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. L. Flöhkraut.

5. Polygonum, *aviculare*, floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. L. Wegtritt. Flores non ſolitarii ſed ſæpiſſime plures, nec perfecte ſeſſiles ſed breviſſime pedicellati.

6. Polygonum, *convolvulus*, foliis cordatis, caule volubili, floribus planiusculis. L. Buchwinde.

C. Te-

## C. *Tetragynia.*

*Tetragynia.*

Paris. Adoxa.

### 136. PARIS.

1. Paris, *quadrifolia.* L. Wolfsbeer. Einbeer. Calycis, foliola latiora, petala vero anguſtiſſima viridia reflexa, filamenta viridia patentia, æqualis cum calyce & petalis longitudinis, antheræ luteæ margini filamentorum in medio utrimque adnatæ. Majo jam in flore conſpicitur.

### 137. ADOXA.

1. Adoxa, *moſchatellina.* L. Biſamhanenfuß. In apice caulis flos terminalis, cui quatuor laterales ſeſſiles arcte adhærent. Planta moſchi odorem ſpargit, & Aprili jam floret.

# CLASSIS IX.

## *ENNEANDRIA.*

*Hexagynia.* Staminibus novem, ſtylis ſex.

### 138. BUTOMUS.

1. Butomus, *umbellatus*. L. Kanneelheu. Zyperſchwevtel. Blumenbinſen.

# Classis X.

# *DECANDRIA.*

Staminibus decem. Ordines hujus Classis sunt quatuor, Monogynia, Digynia, Trigynia & Pentagynia.

## *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

Ledum. Pyrola. Arbutus. Monotropa.

### 139. LEDUM.

1. Ledum, *palustre*. L. wilder Rosmarin. Wanzenkraut. Porsch nobis. Flores albi corymbosi, stamina longa.

### 140. PYROLA.

1. Pyrola, *rotundifolia*, staminibus adscendentibus, pistillo declinato. L. Wintergrün mit niederhangendem Stempel. Folia parva rotunda integra, longis petiolis.
2. Pyrola, *secunda*, racemo unilaterali. L. Wintergrün mit nach einer Seite gekehrten Blumen. Folia fere ovata, margine crenato potius quam serrato, brevioribus petiolis.
3. Pyrola, *uniflora*, scapo unifloro. L. Wintergrün mit einzeler Blum. Folia petiolata fere rotunda crenata. in Adpendice ex Menzelio.

* 4. Pyrola, *umbellata*, pedunculis subumbellatis. L. Wintergrün mit röthlichen Blumen. Pyrola frutescens arbuti folio. B. Folia brevissime petiolata lanceolata carnosa glabra splendentia profundius serrata, caulis flores profert duos tres ad quinque ex albo purpurascentes antheræ rubræ, stylus brevissimus, stigma orbiculatum viscidum; in sylvis remotioribus, Julio.

## 141. ARBUTUS.

1. Arbutus, *alpina*, caulibus procumbentibus, foliis rugosis serratis. L. Heidelbeer mit weissen runzlichten Blättern. in adpendice ex Menzelio.

## 142. MONOTROPA.

1. Monotropa, *hypopithys*, floribus lateralibus octandris, terminali decandro. L. Sommerwurz. In Adpendice Tomi I. ex Menzelio prolatam postea ipse vidi. Planta aphylla, scapo albo squamis fuscis vel albidis vestito, flores breviter pedunculati sordide albi, petalis alternis minoribus brevioribus, reliquis majoribus longioribus, basi gibbis, intus hirsutis, stamina pariter hirsuta. Flos terminalis petala & stamina decem, laterales utraque octo ostendunt, immo flos terminalis sæpissime non nisi octo gerit stamina, hinc & ad Octandriæ classem referri potuisset, quod & ab aliis botanicis factum. Idem jam in Chrysosplenio observavi & Tomo I. notavi, florem terminalem cum lateralibus pari staminum numero convenire.

Digynia.

## *B. Digynia.*

Chrysosplenium. Saxifraga. Scleranthus. Saponaria. Dianthus.

## 143. CHRYSOSPLENIUM.

1. Chrysosplenium, *alternifolium*, foliis alternis. L. Gülden Milzkraut mit Wechselblättern.
2. Chrysosplenium, *oppositifolium*, foliis oppositis. L. Gülden Milzkraut mit Gegenblättern.

## 144. SAXIFRAGA.

1. Saxifraga, *granulata*, foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata, L. weisser Steinbrech.

145. SCLE-

## 145. SCLERANTHUS. *Digynia.*

1. Scleranthus, *annuus*, calycibus fructus patulis. L. Knauel mit offenem Kelch.

2. Scleranthus, *perennis*, calycibus fructus clauſis. L. Knauel mit geſchloſſenem Kelch.

## 146. SAPONARIA.

1. Saponaria, *officinalis*, calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. L. Seifenkraut. Flores interdum leviſſime rubent.

## 147. DIANTHUS.

1. Dianthus, *armeria*, floribus aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis lanceolatis villoſis tubum æquantibus. L. Karthäuſernelken. ex Oelhafio.

2. Dianthus, *prolifer*, floribus aggregatis capitatis, ſquamis calycinis ovatis obtuſis muticis tubum ſuperantibus. L. Feldnelken mit groſſen Kelchſchuppen.

* 3. Dianthus, *diminutus*, floribus ſolitariis, ſquamis calycinis octonis florem ſuperantibus. L. Feldnelken mit groſſem Kelch und kleiner Blum. Hæc eſt illa varietas ſpeciei ſecundæ, quam Tomo I. citavi, & quæ nunc peculiarem efformat ſpeciem.

4. Dianthus, *deltoides*, floribus ſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. L. Feldnelken mit einzelen Blumen. Caryophyllus ſimplex ſupinus latifolius. B.

# C. *Trigynia.* *Trigynia.*

Cucubalus. Silene. Stellaria. Arenaria.

## 148. CUCUBALUS.

1. Cucubalus, *behen*, calycibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſulis trilocularibus, corollis ſubnudis. L. Wiederſtoß. Folia oppoſita ſeſſilia glabra oblonga.

*Trigynia.* 2. Cucubalus, *bacciferus*, calycibus campanulatis, petalis diſtantibus, pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. L. Beerentragendes Vogelkraut. Folia oppoſita ovato-lanceolata, flores albi herbacei majores, capſulæ ſeminales nigræ; in adpendice ex Menzelio.

## 149. SILENE.

1. Silene, *nutans*, petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, panicula nutante. L. Marienröslein mit weiſſen Blumen. Petala plerumque involuta, interdum patentia immo reflexa. Sæpe etiam calycem quadridentatum, petala quatuor, ſtamina octo, ſtylos binos reperi.
2. Silene, *conoidea*, calycibus fructus globoſis acuminatis ſtriis triginta, foliis glabris, petalis integris. L. Marienröslein mit rothen Blumen. ex Oelhafio.

## 150. STELLARIA.

1. Stellaria, *nemorum*, foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramoſis. L. Sternblum mit herzförmigen Blättern. Folia oppoſita, inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia & cum caule hirſuta. Figuræ Tabernæmontani, Joh. Bauhini, Menzelii non conveniunt, nec plantam exacte repræſentant.
2. Stellaria, *holoſtea*, foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. L. Sternblum mit langen Blättern.
3. Stellaria, *graminea*, foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. L. Sternblum mit Grasblättern.

* 4. Stellaria foliis ovato-lanceolatis, pedunculis divergentibus. Sternblum mit eyförmigen Blättern. an Stellaria, *dichotoma*, foliis ovatis ſeſſilibus, caule dichotomo, floribus ſolitariis, pedunculis fructiferis reflexis. L? Caulis hirſutus, folia oppoſita, inferiora breviter petiolata, margine integro, ſuperiora minora ſeſſilia hirſuta, pedunculi longi maxime divergentes dichotomi, floribus albis ſolitariis terminati, tandem reflexi; in Karlkau loco umbroſo & humido, Junio.

551. ARE-

### 151. ARENARIA. *Trigynia.*

1. Arenaria, *peploides*, foliis ovatis acutis carnosis. L. Sandkraut mit Portulakblättern.
2. Arenaria, *trinervia*, foliis ovatis acutis petiolatis nervosis. L. Sandkraut mit Wegerichblättern. Caules erecti, folia opposita breviter petiolata, pedunculi ex alis foliorum.
3. Arenaria, *serpyllifolia*, foliis subovatis acutis sessilibus, corollis calyce brevioribus. L. Sandkraut mit Quendelblättern.

## *D. Pentagynia.* *Pentagynia.*

Sedum. Oxalis. Agrostemma. Lychnis. Cerastium. Spergula.

### 152. SEDUM.

1. Sedum, *telephium album*, foliis planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto. L. Fette Henne. Bruchwurz. Knabenkraut. Folia non certum servant ordinem, nunc alterna, nunc opposita, nunc terna.
2. Sedum, *acre*, foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida. L. scharfer Mauerpfeffer. kleine Hauswurz.
3. Sedum, *sexangulare*, foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sextariam imbricatis. L. Mauerpfeffer mit häufigeren Blättern.
* 4. Sedum, *reflexum*, foliis subulatis sparsis basi solutis, inferioribus recurvatis. L. Mauerpfeffer mit unteren gekrümmten Blättern. Sedum minus luteum folio acuto. B. ex Oelhafio.

### 153. OXALIS.

1. Oxalis, *acetosella*, scapo unifloro, foliis ternatis, radice squammoso-articulata. L. Sauerklee.

### 154. AGROSTEMMA.

1. Agrostemma, *githago*, hirsuta, calycibus corollam æquantibus, petalis integris nudis. L. Raden.

*Pentagynia.*

## 155. LYCHNIS.

1. Lychnis, *flos cuculi*, petalis quadrifidis, fructu subrotundo. L. Kukuksblum. Gauchblum.
2. Lychnis, *viscaria*, petalis integris, L. Klebnelken. Theernelken nobis. Calyces cum petalis rubri.
3. Lychnis, *dioica*, floribus dioicis. L. Marienröslein mit abgesonderten männlichen und weiblichen Blumen. Folia mollia incana, calyces striati, sæpe rubentes, petala alba fere bifida margine crenulato. Hujus postea varietatem vidi, quæ Lychnis sylvestris sive aquatica purpurea simplex. β. Folia breviora latiora viridia aut rufescentia non mollia, calyces minus inflati, flores speciosi rubri, petala profunde emarginata seu incisa, tota planta magis villosa & humilior; in Karlkau loco umbroso & humido, Junio.

## 156. CERASTIUM.

1. Cerastium, *viscosum*, erectum villoso-viscosum. L. rauhes klebriges Vogelkraut.
2. Cerastium, *semidecandrum*, floribus pentandris, petalis emarginatis. L. kleines rauhes Vogelkraut. Corolla calyci fere æqualis aut paullo brevior.
3. Cerastium, *arvense*, foliis lineari-lanceolatis obtusis glabris, corollis calyce majoribus. L. weiß Näglein-gras. Folia opposita sessilia.
4. Cerastium, *aquaticum*, foliis cordatis sessilibus, floribus solitariis, fructibus pendulis. L. groß Wasser-vogelkraut.

## 157. SPERGULA.

1. Spergula, *arvensis*, foliis verticillatis, floribus decandris. L. Sperk mit Wirbelblättern. Knöterich. Knebel.
2. Spergula, *nodosa*, foliis oppositis subulatis lævibus, caulibus simplicibus. L. Sperk mit Gegenblättern.

# Classis XI.

# *DODECANDRIA.*

Staminibus ab undecim usque ad novendecim, stylo vel unico vel duobus vel tribus vel pluribus, hinc Monogynia, Digynia, Trigynia & Polygynia.

## *A. Monogynia.* *Monogynia.*

Asarum. Lythrum.

### 158. ASARUM.

1. Asarum, *europæum*, foliis reniformibus obtusis binis. L. Haselwurz.

### 159. LYTHRUM.

1. Lythrum, *salicaria*, foliis oppositis cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. L. rother Weiderich. Caules angulati hirsuti, folia sessilia.

## *B. Digynia.* *Digynia.*

### 160. AGRIMONIA.

1. Agrimonia, *eupatoria*, foliis caulinis pinnatis, impari petiolato, fructibus hispidis. L. Odermennig.

## *C. Trigynia.* *Trigynia.*

Reseda. Euphorbia.

### 161. RESEDA.

1. Reseda, *luteola*, foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis. L. Streichkraut mit ganzen Blättern. Hanc non solum bey Tygenort sed etiam prope urbem auf dem Wonnenberg & vor dem oliviſchen Thor ſreperi, Junio.

*Trigynia.* 1. Reseda, *lutea*, foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis. L. Streichkraut mit getheilten Blättern. ex Oelhafio.

## 162. EUPHORBIA.

1. Euphorbia, *peplus*, umbella trifida dichotoma, involucellis ovatis, foliis obovatis integerrimis petiolatis. L. runde Wolfsmilch.
2. Euphorbia, *helioscopia*, umbella quinquefida trifida dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis. L. Sonnenwendwolfsmilch.
3. Euphorbia, *esula*, umbella multifida bifida, involucellis subcordatis, petalis subbicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformicus. L. schmalblätterige Wolfsmilch.
4. Euphorbia, *amygdaloides*, umbella multifida dichotoma, involucellis perfoliatis orbiculatis, foliis obtusis. L. Wolfsmilch mit Mandelblättern.

* 5. Euphorbia, *lathyris*, umbella quadrifida dichotoma, foliis oppositis integerrimis. L. Springkraut. Springkörner. Lathyris major. B. Planta biennis procera ramosa, umbella universalis quadrifida, partialis dichotomæ, folia caulina fere linearia apicibus obtusioribus, ramorum folia basi latiora apicibus acutis, flores lutei, petala lunata. Forsterus mecum communicavit in Nassenhof repertam, Junio.

* 6. Euphorbia, *characias*, umbella multifida bifida, involucellis perfoliatis emarginatis, foliis lanceolatis integerrimis, caule perenni. L. rothe Wolfsmilch. Jo. Phil. Breynius invenit copiose & sponte nascentem in hortis olivensibus, Augusto mense, & tamquam dubius sequentia adposuit nomina. Tithymalus characias rubens germanicus. C. B. Tithymalus characias III. austriacus. Clus. an Tithymalus characias angustifolius. C. B? an Tithymalus characias rubens peregrinus. C. B? ex schedis Breynii.

*Polygynia.*

## *D. Polygynia.*

## 163. SEMPERVIVUM.

1. Sempervivum, *tectorum*, foliis ciliatis, propaginibus patentibus. L. Hauslaub.

# Classis XII.

## *ICOSANDRIA.*

Staminibus viginti & pluribus, calyce monophyllo, cujus parieti interno petala & ſtamina inſerta. Subdividitur in Monogyniam, Digyniam, Trigyniam, Pentagyniam & Polygyniam.

### *A. Monogynia.* *Monogynia.*

#### 164. PRUNUS.

1. Prunus, *padus*, floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis. L. Elſenbeer. Ahlkirſchen.
2. Prunus, *ſpinoſa*, pedunculis ſolitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis ſpinoſis. L. Schleedorn. Schwarzdorn. Folia ſerrata, flores albi, fructus nigro-cærulei.
* 3. Prunus, *avium*, umbellis ſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis ſubtus pubeſcentibus. L. Vogelkirſchen. Ceraſus major ſive ſylveſtris, fructu ſubdulci nigro colore inficiente. B. Fructu rubro & nigro in ſylvis remotioribus reperitur.

### *B. Digynia.* *Digynia.*

#### 165. CRATAEGUS.

1. Cratægus, *oxyacantha*, foliis obtuſis ſubtrifidis ſerratis. L. Hagedorn. Weißdorn. Mehlbeeren. Stylus alter interdum deficit.
2. Cratægus, *torminalis*, foliis cordatis ſeptangulis, lobis infimis divaricatis. L. Elzbeeren. ex Oelhafio.

*Trigynia.*

## C. *Trigynia.*

### 166. SORBUS.

1. Sorbus, *aucuparia*, foliis pinnatis utrinque glabris. L. Sperberbaum. Vogelbeer. Eibiſchbeer. Qvitſchen nobis. Flores albi, baccæ rubræ.

*Pentagynia.*

## D. *Pentagynia.*

Pyrus. Spiræa.

### 167. PYRUS.

*Cal.* ſemiquinquefidus, laciniis patentibus. *Cor.* petala quinque ſubrotunda. *Stam.* ſubulata, antheræ ſimplices. *Piſt.* germen infra receptaculum, ſtyli filiformes, ſtigmata ſimplicia. *Peric.* pomum ſubrotundum carnoſum quinqueloculare. *Sem.* oblonga baſi acuminata.

* 1. Pyrus, *communis*, foliis ſerratis, pedunculis corymboſis. L. wilde Birn. Holzbirn. Pyrus ſylveſtris. B. fructus parvi virides punctati; in ſylvis hinter der Oliwa.

* 2. Pyrus, *malus*, foliis ſerratis, umbellis ſeſſilibus. L. wilde Apfel. Holzapfel. Malus ſylveſtris. B. Poma parva acerba; in ſylva zwiſchen Bärenwinkel und Matern. hinter der Kohlbude.

### 168. SPIRAEA.

1. Spiræa, *ulmaria*, foliis pinnatis, impari majore lobato, floribus cymoſis. L. Geisbart. Pinnæ foliorum latæ ſerratæ.

2. Spiræa, *filipendula*, foliis pinnatis, foliolis uniformibus ſerratis, caule herbaceo, floribus cymoſis. L. rother Steinbrech. Pinnæ anguſtæ dentatæ, corollæ petala ſex.

*E. Poly-*

## *E. Polygynia.*

*Polygynia.*

Rosa. Rubus. Fragaria. Potentilla. Tormentilla. Geum. Comarum.

### 169. ROSA.

1. Rosa, *canina*, germinibus ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. L. wilde Rosen. Hagebutten. Hanbutten.

### 170. RUBUS.

1. Rubus, *idæus*, foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. L. Himbeeren. Varietas lævis Bocksbeeren dicitur.

2. Rubus, *fruticosus*, foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. L. Brombeeren.

3. Rubus, *cæsius*, foliis ternatis subnudis, lateralibus bilobis, caule tereti aculeato. L. Kratzbeeren.

* 4. Rubus, *saxatilis*, foliis ternatis, flagellis nudis reptantibus herbaceis. L. kleine kriechende Brombeeren. Chamærubus saxatilis. B. in montibus nostris.

### 171. FRAGARIA.

1. Fragaria, *oesca*, flagellis reptans. L. Erdbeeren.

### 172. POTENTILLA.

1. Potentilla, *anserina*, foliis pinnatis serratis, caule repente. L. Gänserich.

2. Potentilla, *supina*, foliis pinnatis, caule dichotomo decumbente. kriechend Erdbeerfünffingerkraut.

3. Potentilla, *argentea*, foliis quinatis cuneiformibus incisis subtus tomentosis, caule erecto. L. groß Steinfünffingerkraut. Quinquefolium erectum luteum dorso foliorum incano. Loesel.

4. Potentilla, *verna*, foliis radicalibus quinatis acute serratis retusis, caulinis ternatis, caule declinato. L. klein Fünffingerkraut.

5. Poten-

*Polygynia.*

5. Potentilla, *reptans*, foliis digitatis, caule repente, pedunculis unifloris. L. groß kriechend Fünffingerkraut. ex Menzelio.

## 173. TORMENTILLA.

1. Tormentilla, *erecta*, caule erectiusculo, foliis sessilibus. L. Tormentill.

## 174 GEUM.

1. Geum, *urbanum*, floribus erectis, fructu globoso villoso, aristis uncinatis nudis, foliis lyratis. L. Benedictenkraut. Foliorum laciniæ inferiores dentatæ aut incisæ, superiores profunde crenatæ.

2. Geum, *rivale*, floribus nutantibus, fructu oblongo, aristis plumosis. L. Wasserbenedictenkraut. Caules & calyces villosi rubri, petala levius rubent, interius pallescunt.

## 175. COMARUM.

1. Comarum, *palustre*. L, Wasserfünffingerkraut.

# CLASSIS XIII.

# *POLYANDRIA.*

Staminibus numerosis, estque Monogynia, Trigynia, Pentagynia, Hexagynia & Polygynia.

## *A. Monogynia.*

*Monogynia.*

Actæa. Chelidonium. Papaver. Nymphæa. Tilia. Cistus.

### 176. ACTAEA.

1. Actæa, *spicata nigra*, racemo ovato, fructibusque baccatis. L. Kristoffelskraut. Wolfskraut. Foliola crenata.

### 177. CHELIDONIUM.

1. Chelidonium, *majus*, pedunculis umbellatis. L. Schellkraut. Schwalbenkraut.

### 178. PAPAVER.

1. Papaver, *rhœas*, capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatibus incisis. L. Klapperrosen. wilder Mohn mit runden Samengehäusen.

2. Papaver, *argemone*, capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro L. Argemonerösslein. wilder Mohn mit langen Samengehäusen.

### 179. NYMPHAEA.

1. Nymphæa, *lutea*, foliis cordatis integerrimis, calyce petalis majore pentaphyllo. L. gelbe Seeblumen. Mummeln.

2. Nymphæa, *alba*, foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. L. weisse Seeblumen.

180. TI-

*Monogynia.*

### 180. TILIA.

1. Tilia, *europæa*, floribus nectario deſtitutis. L. Lindenbaum.

### 181. CISTUS.

1. Ciſtus, *helianthemum*, ſuffruticoſus procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis. L. kleine Sonnenblum. Sonnengünzel. Ex Menzelio citatum poſtea ipſe vidi. Caules ſæpe rubri tomentoſi, calycis tria folia majora luteola nervis viridibus elatis ſtriata, duo reliqua minima viridia vix conſpicua; locis remotioribus, Julio.

*Trigynia.*

## B. *Trigynia.*

Delphinium. Aconitum.

### 182. DELPHINIUM.

1. Delphinium, *conſolida*, nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo. L. Ritterſporn. Flore albo ſemel vidi inter ſegetes.

### 183. ACONITUM.

1. Aconitum, *napellus*, foliorum laciniis linearibus ſuperne latioribus linea exaratis. L. Eiſenhütlein. Münchskappen. ex Oelhafio protuli, ſed adhuc hodie reperitur in ſylvis bey der Kohlbude.

*Pentagynia.*

## C. *Pentagynia.*

### 184. AQUILEGIA.

1. Aquilegia, *vulgaris*, nectariis incurvis. L. Ackeley. Glocken.

*Hexagynia.*

## D. *Hexagynia.*

### 185. STRATIOTES.

1. Stratiotes, *aloides*, foliis enſiformi-triangulis ciliato-aculeatis. L. Waſſeraloe.

*E. Poly-*

## E. Polygynia.

Polygynia.

Anemone. Thalictrum. Ranunculus. Trollius. Caltha.

### 186. ANEMONE.

1. Anemone, *hepatica*, foliis trilobis integerrimis. L. Leberblumen.

2. Anemone, *patens*, pedunculo involucrato, foliis digitatis multifidis. L. Küchenſchelle mit offen ſtehenden Blumen. Flores cærulei aut violacei. Jac. Breynius reperit.

3. Anemone, *vernalis*, pedunculo involucrato, foliis pinnatis, flore erecto. L. Frühlingsküchenſchelle. Involucrum flori propius admotum quam in Anemone patente. Flos interdum petala ſeptem gerit, quæ interius fere albida aut leviter rubentia, exterius purpurea, qui color tamen ob denſos pilos flaveſcentes, quibus muniuntur, quodammodo obſoletus videtur. Hujus datur Varietas, floribus minoribus, leviter rubentibus, parum hirſutis, interius albis.

4. Anemone, *pulſatilla*, pedunculo involucrato, petalis rectis foliis bipinnatis. L. Küchenſchelle mit dicken Blättern. ex Oelhafio.

5. Anemone pedunculo nudo, foliis laciniatis. Küchenſchelle mit fein zerſchnittenen Blättern. Jac. Breynius reperit.

* 6. Anemone, *pratenſis*, pedunculo involucrato, petalis apice reflexis, foliis bipinnatis. L. Küchenſchelle mit geſchloſſenen ſchwärzlichen Blumen. Pulſatilla flore minore nigricante. B. Folia hirſuta bipinnata pinnulis plerisque trifidis aut bifidis, involucrum foliis longioribus & latioribus villis brevioribus, flos nutans minor anguſtior, fere clauſus niſi quod apices petalorum reflectantur, coloris obſcurioris purpurei, brevibus & denſis villis albidis hirſutis, interius fere viridis, verſus apicem albidus; in pratis remotioribus, Aprili.

7. Ane-

*Polygynia.*

7. Anemone, *nemorosa*, seminibus acutis, foliolis incisis, caule unifloro. L. weisser Waldhahnenfuß.

8. Anemone, *ranunculoides*, seminibus acutis, foliolis incisis, petalis subrotundis, caule subbifloro. L. gelber Waldhahnenfuß.

## 187. THALICTRUM.

1. Thalictrum, *flavum*, caule folioso sulcato, panicula multiplici erecta. L. gelbe Wiesenraute. Folia bipinnata foliolis majoribus superne latioribus bivel tripartitis, margine integro. bey der Nobel, Jul. Aug.

2. Thalictrum, *minus*, foliis sexpartitis, floribus cernuis. L. kleine Wiesenraute. Folia bi-vel tripinnata, ramulis divaricatis, foliola minora superne crenata vel denticulata, panicula diffusa, flosculi luteoli muscosi; eodem loco & tempore. Hanc & præcedentem speciem ex Oelhafio citaveram, quas postea amicissimus Forsterus mihi misit dicto loco collectas.

* 3. Thalictrum, *angustifolium*, foliolis lanceolato linearibus integerrimis. L. schmalblätterige Wiesenraute. Thalictrum pratense anguſtissimo folio. B. Folia bipinnata foliolis longis, panicula magis contracta, flosculi pallidi luteoli. Raram hanc speciem pariter laudato Forstero debeo ibidem natam.

* 4. Thalictrum, *aquilegifolium*, fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti. L. Wiesenraute mit Ackeleyblättern. Thalictrum majus florum staminibus purpurascentibus. B. Folia aquilegiæ similia, flores paniculati odorati, petala & filamenta leviter purpurea, antheræ luteæ; ex locis remotioribus accepi, Junio.

Thalicti petala parva, stamina longissima.

## 188. RANUNCULUS.

1. Ranunculus, *flammula*, foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. L. Wasserhahnenfuß mit schmalen Blättern.

2. Ranunculus, *lingua*, folioliis lanceolatis, caule erecto. L. Wasserhanenfuß mit breiten Blättern.

3. Ranun-

3. Ranunculus, *ficaria*, foliis cordatis angulatis petiolatis. L. Feigwarzkraut. klein Schellkraut. Petala sæpe octo.
4. Ranunculus, *cassubicus*, foliis radicalibus subrotundo-cordatis crenatis, caulinis digitatis dentatis, caule multifloro. Hanenfuß mit runden Blättern. Jac. Breynius reperit.
5. Ranunculus, *auricomus*, foliis radicalibus reniformibus crenatis incisis, caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. L. Hanenfuß mit nierenformigen Blättern.
6. Ranunculus, *sceleratus*, foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis. L. Hanenfuß mit länglichten Früchten.
7. Ranunculus, *bulbosus*, calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis compositis. L. Hanenfuß mit zurück gebogenem Kelch.
8. Ranunculus, *repens*, calycibus patulis, pedunculis sulcatis, sarmentis repentibus, foliis compositis. L. kriechender Hanenfuß. Folia caulina superiora plerumque trifida angusta linearia, calyces hirsuti. Variat foliis omnibus ternatis petiolatis, foliolis trilobis incisis.
9. Ranunculus, *polyanthemos*, calycibus patulis, pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis multipartitis. L. aufrechter vielblümiger Hanenfuß.
10. Ranunculus, *acris*, calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis, summis linearibus. L. brennender Wiesenhanenfuß. Ranunkel.
11. Ranunculus, *arvensis*, seminibus aculeatis, foliis superioribus decompositis linearibus. L. Hanenfuß mit stachlichtem Samen.
12. Ranunculus, *lanuginosus*, calycibus patulis, pedunculis teretibus, caule petiolisque hirtis, foliis trifidis lobatis crenatis holosericeis. L. grosser Hanenfuß mit weichen wollichten Blättern. Ranunculus montanus lanuginosus, foliis ranunculi pratensis repentis. B. Caulis erectus cavus hirsutus, folia majora mollia lanuginosa petiolata, superiora sessilia tripartita;

*Polygynia.*

in Karlkau, & in ſylvis montoſis remotioribus, Majo. Hujus Varietas: Ranunculus montanus ſubhirſutus, geranii folio. B. Ranunculus nemoroſus hirſutus, foliis caryophyllatæ. Lœſel. quæ ſpecies 12ma Tomi I.

13. Ranunculus, *aquatilis*, foliis ſubmerſis capillaceis, emerſis ſubpeltatis, L. Waſſerhanenfuß mit weiſſen Blumen. Waſſerfenchel. Ranunculus aquaticus folio rotundo & capillaceo. B. Ranunculus aquaticus capillaceus. B. Millefolium aquaticum foliis abrotani, ranunculi flore & capitulo. B. Varietates foliis differentes Majo & ſequentibus menſibus florent.

## 189. TROLLIUS.

1. Trollius, *europæus*, corollis conniventibus, nectariis longitudine ſtaminum. L. Alpenhanenfuß. Bergranunkel. Nectaria inter numeroſa ſtamina abſcondita, in orbem poſita, brevibus petiolis fulta, ſtaminibus latiora, apice obtuſo.

## 190. CALTHA.

1. Caltha, *paluſtris*. L. Dotterblumen. Kuhblumen nobis. Flores ſtriati vel ſulcati exterius virides-centes.

# Classis XIV.
# *DIDYNAMIA.*

Staminibus quatuor, quorum duo longiora, seminibus vel nudis vel capsula inclusis, hinc duo ordines, Gymnospermia & Angiospermia.

## *A. Gymnospermia.*

*Gymnospermia.*

Seminibus nudis, calyce subquinquefido vel bilabiato.

### *a. calyce subquinquefido.*

Ajuga. Teucrium. Nepeta. Betonica. Mentha. Glecoma. Lamium. Galeopsis. Stachys. Ballota. Marrubium. Leonurus. Origanum.

### 191. AJUGA.

1. Ajuga, *pyramidalis*, tetragono-pyramidalis. L. Gülden, Günsel.

### 192. TEUCRIUM.

1. Teucrium, *chamædrys*, foliis cuneiformi-ovatis incisis crenatis petiolatis, floribus subverticillatis ternis petiolatis. L. klein Gamanderlein. Caules rubentes lanuginosi, folia rigida hirsuta, folia quercus æmulantia, hinc nomen Chamædrys; ex Oelhafio.

*2. Teucrium, *scordium*, foliis oblongis sessilibus dentatoserratis, floribus geminis lateralibus pedunculatis, caule diffuso. L. Wasserknoblauch. Scordium. B. Caulis tetragonus parum hirsutus, folia opposita villosa, flores dilute rubri, plantæ allium æmulatur; ad fossas bey Müggenhahl copiosissime floret,

*Gymnospermia.*

Augusto; Forsterus hanc speciem mecum communicavit.

## 193. NEPETA.

1. Nepeta, *cataria*, floribus spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-serratis. L. Katzenmünz. Plantam ex Oelhafio prolatam nuperrime reperi in sylva bey Lappin unweit der Papiermühle, Septembr. Caules tetragoni tomentosi ramosi, folia opposita mollia subtus tomentosa incana, verticilli breviter pedicellati, flores parvi albi punctis rubris adspersi, odor menthæ.

## 194. BETONICA.

1. Betonica, *officinalis*, spica interrupta, corollarum lacinia labii intermedia emarginata. L. Betonick.

Species altera Tomi I. nunc Stachys annua dicitur.

## 195. MENTHA.

1. Mentha, *viridis*, spicis oblongis, foliis lanceolatis nudis serratis sessilibus, staminibus corolla longioribus. L. Bachmünz.
2. Mentha, *aquatica*, spicis capitatis, foliis ovatis serratis petiolatis, staminibus corolla longioribus. L. grosse Wassermünz.
3. Mentha, *arvensis*, floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis, staminibus corollam æquantibus. L. Ackermünz.
4. Mentha, *pulegium*, floribus verticillatis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, caulibus subteretibus repentibus, staminibus corolla longioribus. L. Poley. in Adpendice ex Menzelio.

*5. Mentha, *rotundifolia*, spicis oblongis, foliis subrotundis rugosis crenatis sessilibus. L. Wassermünz mit runden Blättern. Roßmünze. Mentha sylvestris rotundiore folio. B. Caules tetragoni hirsuti. folia opposita lanuginosa, flores ex albo rubentes; ex Eichstadio.

196.

## 196. GLECOMA.

Gymnospermia.

1. Glecoma, *hederacea*, foliis reniformibus crenatis. L. Gundelreben. Ubramp. nobis. Lacinia media labii inferioris rubras gerit maculas, & villis versus faucem munitur.

## 197. LAMIUM.

1. Lamium, *album*, foliis cordatis acuminatis petiolatis, verticillis vigintifloris. L. weiſſe taube Neſſel.
2. Lamium, *purpureum*, foliis cordatis obtusis petiolatis. L. rothe taube Neſſel.
3. Lamium, *amplexicaule*, foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis. L. taube Neſſel mit Blättern die den Stängel umgeben. Folia profunde crenata, flores rubri longius ex calycibus prominentes.
*4. Lamium, *maculatum*, foliis cordatis acuminatis, verticillis decemfloris. L. taube Neſſel mit fleckichten Blättern. Lamium alba linea notatum. B. Urtica fatua leucostictos. Thal. Oelhafius hanc speciem ad viam nach dem Bärenwinkel reperit, an forte erraverit dubium est. Linnæus plantam in Italia habitare, & folia area longitudinali alba notari dicit; Thalius, qui ab Oelhafio citatur, in sylvis Hercyniæ &c locis cæduis reperiri, & folia albis maculis frequenter insigniri testatur; Camerarius in Horto Medico pariter folia albicantes maculas proferre adserit; Eichstadius lineam semper per medium folii decurrere perhibet; flores purpurei.

## 198. GALEOPSIS.

1. Galeopsis, *ladanum*, internodiis caulinis æqualibus, verticillis omnibus remotis. L. Kornwuth. Folia petiolata, florum rubrorum labium inferius macula lutea striisque purpureis notatum.
2. Galeopsis, *tetrahit*, internodiis caulinis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis. L. taube Neſſel mit ſtachlichten Kelchen. weiß Hanfkraut, sed perperam. Corolla lutea, lacinia media inferioris labii purpurea.

*Gymnospermia.*

3. Galeopsis, *galeobdolon*, verticillis sexfloris, involucro tetraphyllo. L. gelbe taube Neſſel. Folia cordata hirsuta petiolata crenata, involucrum constat quatuor foliolis brevibus angustis linearibus sive denticulis cuivis verticillo subjectis.

## 199. STACHYS.

1. Stachys, *sylvatica*, verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. L. Stückneſſel. Waldneſſel.
2. Stachys, *palustris*, verticillis sexfloris, foliis linearilanceolatis semi-amplexicaulibus. L. brauner Waſſerandorn. Lysimachia hirsuta purpurea flore galericulato. Lœsel. Caules cavi, folia oppositа hirsuta decussatim locata crenata, corollæ labium inferius ex albo variegatum.
3. Stachys, *germanica*, verticillis multifloris, foliorum servaturis imbricatis, caule lanato. L. riechender Andorn.
4. Stachys, *annua*, verticillis sexfloris, foliis ovato-lanceolatis trinerviis lævibus petiolatis. L. Gliedkraut. Hæc in prima Spec. editione Betonica verticillata calycibus spinosis, adpellata, & duas Bauhini species comprehendebat, Sideritidem nempe arvensem latifoliam glabram, & Sider, vulgarem hirsutam erectam; atque hæc ultima est, quam ex Oelhafio produxi in Tomo I. Sed jam dubitandum an planta nostra per Stachyn annuam. Linn. intelligenda, quia folia lævia, quæ ei tribuit, glabram solum indicant, nec Sideritis hirsuta tamquam varietas, aut peculiaris species sub hoc vel alio genere reperitur. Plantam ergo, quam non ipse vidi, Morisoni verbis illustrabo. Caules pedales & bipedales quadrati hirsuti ex albido virore flavescentes, ad quorum genicula folia adversa rugosa hirsuta, unciali aut sextantali longitudine, semunciam circiter lata crenata, flores galericulati ex albido lutei, labro sanguineis punctis guttato, calyces hirsuti mucronati. Folia sessilia esse ex icone Morisoni & Tabernæmontani patet.

200.

## 200. BALLOTA.

*Gymnospermia.*

1. Ballota, *nigra*, foliis cordatis indivisis serratis, calycibus acuminatis. L. schwanzer Andorn. Flores rubro-cærulei.

## 201. MARRUBIUM.

1. Marrubium, *vulgare*, dentibus calycinis setaceis uncinatis. L. weisser Andorn. Folia rugosa, flores parvi; prope urbem parcius, in Prauſt am Damm copiose.

## 202. LEONURUS.

1. Leonurus, *cardiaca*, foliis caulinis lanceolatis trilobis. L. Herzgespann.

## 203. ORIGANUM.

1. Origanum, *vulgare*, spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. L. Doſt. Bracteæ calyce tantillum longiores aut interdum æquales.

### *b. calyce bilabiato.*

Clinopodium. Thymus. Melissa. Scutellaria. Prunella. Melittis.

## 204. CLINOPODIUM.

1. Clinopodium, *vulgare*, capitulis subrotundis hispidis, bracteis setaceis. L. Wirbeldoſt.

## 205. THYMUS.

1. Thymus, *serpyllum*, floribus capitatis, caulibus decumbentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. L. Feldkümmel. Quendel.
2. Thymus, *acinos*, verticillis sexfloris, caulibus erectis subramosis, foliis acutis serratis. L. wilde Basilien. kleine Bergmünz. Flores cæruleo-purpurei.

## 206. MELISSA.

1. Melissa, *nepeta*, pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule decumbente. L. Froſchmünz. Waſſerpoley. ex Oelhafio.

*Gymnospermia.*

## 207. SCUTELLARIA.

1. Scutellaria, *galericulata*, foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. L. Fieberkraut. Folia opposita breviter petiolata.

## 208. PRUNELLA.

1. Prunella, *vulgaris*, foliis omnibus ovato-oblongis petiolatis. L. Braunellen.

## 209. MELITTIS.

1. Melittis *melissophyllum*, L. taube Nessel mit Melissen-blättern. Caules pedales quadrati hirsuti, folia majora petiolata atro-viridia nitentia serrata, flores tres aut quatuor in quovis verticillo, vel plane albi, vel macula majore purpurea in labio inferiore; in Adpendice ex Menzelio.

*Angiospermia.*

## *B. Angiospermia.*

Seminibus capsula inclusis. Rhinanthus. Pedicularis. Euphrasia. Melampyrum. Lathræa. Antirrhinum. Scrophularia. Digitalis.

## 210. RHINANTHUS.

1. Rhinanthus, *crista galli*, corollarum labio superiore compresso breviore. L. Klapper. Hanenkamm. gelber Rodel. Caulis lineolis purpureis variegatus.

## 211. PEDICULLARIS.

1. Pedicularis, *sylvatica*, caule ramoso, calycibus oblongis angulatis lævibus, corollis labio cordato. L. Läusekraut. brauner Rodel. Folia opposita, inferiora remota, superiora conferta, ex alis foliorum flores solitarii brevissime pedicellati, labium superius fusco-purpureum, inferius dilute rubrum; Junio jam floret.

## 212. EUPHRASIA.

1. Euphrasia, *officinalis*, foliis ovatis lineatis argute dentatis. L. weisser Augentrost. Flores ex albo levi-

leviter rubent seu cæruleſcunt, laciniæ labii inferioris emarginatæ. *Angiospermia.*

2. Euphraſia, *odontites*, foliis linearibus, omnibus ſerratis. L. brauner Augentroſt. Folia oppoſita, ex quorum alis flores ſolitarii breviſſime pedicellati ſecundi.

## 213. MELAMPYRUM.

1. Melampyrum, *arvenſe*, ſpicis conicis laxis, bracteis dentato-ſetaceis. L. Kuhweitzen mit purpurfarbigen Blättern.

2. Melampyrum, *nemoroſum*, floribus ſecundis lateralibus, bracteis dentatis cordato-lanceolatis, ſummis coloratis ſterilibus, calycibus lanatis. L. Kuhweitzen mit blauen Blättern. Tag und Nacht.

3. Melampyrum, *pratenſe*, floribus ſecundis lateralibus, conjugationibus remotis, corollis clauſis. L. Waldhirſen mit breiten Blättern.

4. Melampyrum, *ſylvaticum*, floribus ſecundis lateralibus conjugationibus remotis, corollis hiantibus. L. Waldhirſen mit ſchmalen Blättern.

## 214. LATHRAEA.

1. Lathræa, *ſquamaria*, caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis, labio inferiore trifido. L. Suppenwurz. Ohnblatt. Eichſtadius reperit.

## 215. ANTIRRHINUM.

1. Antirrhinum, *linaria*, foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, floribus imbricatis. L. Leinkraut. Harnkraut.

*2. Antirrhinum, *majus*, corollis ecaudatis, floribus ſpicatis, calycibus rotundatis. L. Drant. Löwenmaul. Antirrhinum majus alterum folio longiore. B. Caulis erectus, foliis lanceolatis, flores albidi, labium ſuperius ſtriis rubris notatum, palatum luteolum, nectarium breviſſimum obtuſum vix inter lacinias calycis inferiores prominet; hinter Kalibke, Julio.

*Angio-spermia.*

## 216. SCROPHULARIA.

1. Scrophularia, *nodosa*, foliis cordatis trinervatis, caule acutangulo. L. Braunwurtz. Kropfwurtz. Flores fusco-virides.

2. Scrophularia, *aquatica*, foliis cordatis petiolatis decurrentibus obtusis, caule membranis angulato, racemis terminalibus. L. Wasserbraunwurz. ex Oelhafio prolatam postea ipse reperi, folia breviter petiolata, superiora sessilia serrata.

## 217. DIGITALIS.

1. Digitalis, *lutea*, calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis, labio superiore bifido. L. gelber Fingerhut. Plantam ex Oelhafio notavi, nunc vero ipse vidi. Caulis hirsutus, folia sessilia alterna villosa, flores pallide lutei, interius ex fusco variegati, villosi, hinter Kalibke, Junio.

# Classis XV.

# *TETRADYNAMIA.*

Staminibus sex, quorum quatuor longiora, pericarpio vel brevi siliculoso vel longo siliquoso.

## *A. Siliculosa.*

*Siliculosa.*

Myagrum. Draba. Lepidium. Thlaspi. Cochlearia. Iberis. Alyssum. Lunaria. Planta in Tomo I. ex genere Clypeolæ prolata nunc ad Alyssum relata.

### 218. MYAGRUM.

1. Myagrum, *sativum*, siliculis obovatis pedunculatis polyspermis. L. Leindotter mit vielfachen Samen. Finkensamen. Folia basi auriculata.
2. Myagrum, *paniculatum*, siliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugosis. L. Leindotter mit einzelen Samen. Folia inferiora cordato-lanceolata, caulina angusta basi aurita.

### 219. DRABA.

1. Draba, *verna*, scapis nudis, foliis lanceolatis subincisis. L. Hungerblümlein. klein Taschenkraut.

### 220. LEPIDIUM.

1. Lepidium, *ruderale*, floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis. ramiferis linearibus integerrimis. L. klein Besenkraut.

### 221. THLASPI.

1. Thlaspi, *arvense*, siliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. L. Baurensenf.

2. Thlaspi,

*Siliculosa.*

2. Thlaspi, *bursa pastoris*, siliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. L. groß Taschenkraut. Hirtentasche.

## 222. COCHLEARIA.

*Cal.* foliola ovata concava dehiscentia. *Cor.* petala obovata patentia. *Pist.* stylus brevissimus, stigma obtusum. *Peric.* silicula subcordata gibba scabra. *Sem.* pauca.

* 1. Cochlearia, *officinalis*, foliis radicalibus subrotundis, caulinis oblongis sinuatis. L. Löffelkraut. Löffelblatt nobis. Cochlearia folio subrotundo. B. Flores albi; in collibus ad littus maris bey Kalibke & alibi.

## 223. IBERIS.

*Cal.* foliola obovata parva concava patentia. *Cor.* petala obovata obtusa patentia inæqualia, duo exteriora proxima majora, duo interiora minima reflexa. *Pist.* stylus brevis, stigma obtusum. *Peric.* silicula compressa suborbiculata, superne margine bifido cincta. *Sem.* solitaria.

* 1. Iberis, *nudicaulis*, herbacea, foliis sinuatis, caule nudo simplici. L. Steinkreß. Bursa pastoris minor foliis incisis. B. Planta humilis, ex radice folia plurima parva, quæ pinnata videntur, pinnis rotundatis confluentibus, hinc sinuata dicuntur; caules plures breves nudi simplices, flores albi; in sylvis remotioribus, Majo.

## 224. ALYSSUM.

1. Alyssum, *incanum*, caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymbosis. L. grosser Baurensenf. grosse Wegkreß. groß Schildbesenkraut. Petala profunde emarginata ut fere bifida videantur. Flores primum quidem corymbosi, sed versus finem æstatis, ubi planta consenuit, &

caules

caules in longitudinem porrecti, siliculæ racemum efformant. *Siliculosa.*

2. Alyssum, *calycinum*, caulibus herbaceis staminibus omnibus dentatis, calycibus persistentibus. L. klein Schildbesenkraut. Flores lutei mox albescunt. Hæc planta in prima Specierum editione & in Tomo nostro I ad Clypeolam ob structuram siliculæ relata, nunc ob stamina dentata Alysso jungitur.

## 225. LUNARIA.

*Cal.* foliola oblonga conniventia, alterna basi gibba. *Cor.* petala magna obtusa. *Pist.* germen pedicellatum, stylus brevis, stigma obtusum. *Peric.* silicula pedicellata magna elliptica plano-compressa stylo terminata. *Sem.* reniformia.

* 1. Lunaria, *rediviva*, foliis alternis. L. Mondviol. Viola lunaria major siliqua oblonga. B. Folia atroviridia rugosa hirsuta cordata crenata, inferiora petiolis rigidis fragilibus, superiora sessilia, flores rubri; in sylvis remotioribus, Majo.

## *B. Siliquosa.* *Siliquosa.*

Cardamine. Sisymbrium. Erysimum. Turritis. Sinapis. Raphanus. Arabis. Brassica.

## 226. CARDAMINE.

1. Cardamine, *pratensis*, foliis pinnatis, foliolis radicalibus subrotundis, caulinis lanceolatis. L. Wiesenkreß.

## 227. SISYMBRIUM.

1. Sisymbrium, *nasturtium aquaticum*, siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis subcordatis. L. Brunnkreß.

2. Sisymbrium, *sylvestre*, siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis. L. Wasserrauken. Wassersenf.

3. Sisymbrium, *amphibium palustre*, siliquis declinatis oblon-

*Siliquoſa.* oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis ſerratis. L. Waſſerrettig.

4. Siſymbrium, *arenoſum*, caule ſubfolioſo ramoſo, foliis lyratis rectangulo-dentatis hiſpidis pilis ramoſis. L. Heideſenf. wilde Rauken mit ohnblätterigen Stängeln. Flores plerumque leviter cæruleſcentes, ſed in unico exemplari, quod hactenus vidi, fere albos deprehendi, Lœſelius etiam flores niveos dicit.

5. Siſymbrium, *ſophia*, petalis calyce minoribus, foliis decompoſito-pinnatis. L. Wellſamen. groß Beſenkraut.

6. Siſymbrium, *Loeſelii*, foliis runcinatis acutis hirtis, caule retrorſum hiſpido. L. rauher Wegſenf.

## 228. ERYSIMUM.

1. Eryſimum, *officinale*, ſiliquis ſpicæ adpreſſis, foliis runcinatis. L. gemeiner Wegſenf.

2. Eryſimum, *alliaria*, foliis cordatis. L. Knoblauchkraut.

3. Eryſimum, *cheiranthoides*, foliis lanceolatis integerrimis. Leindotter mit langen Schoten.

## 229. TURRITIS.

1. Turritis, *glabra*, foliis radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. L. Thurnkraut. wilder Kohl. Caulis interdum in proceram longitudinem erigitur.

## 230. SINAPIS.

1. Sinapis, *arvenſis*, ſiliquis multangulis toroſo-turgidis roſtro longioribus. L. Heberich. wilder Senf.

## 231. ARPHANUS.

1. Raphanus, *raphaniſtrum*, ſiliquis teretibus articulatis lævibus unilocularibus. L. gelber Ackerrettich. Raphanum non niſi flore luteo videram, cum Tomo I illum inſerebam, nec aliter inter ſegetes circa urbem ſitas reperitur. Poſtea vero ex agris remotiſſimis varietates accepi, nempe Rapiſtrum flore albo ſiliqua

siliqua articulata. B. & Rapistrum flore albo lineis nigris depicto. B. weisser Ackerrettig. Caulis hirsutus, folia hirsuta lyrata, calycis foliola albida, sicut petala, quæ in altera varietate lineis violaceis variegata. Ceterum Raphanus luteus & Sinapis arvensis, qui promiscue inter segetes æstivas crescunt, foliis & florum figura & colore similis, amboque nomine Heberich nobis noti, facile tamen dignoscuntur foliolis calycinis, quæ in Sinapi patentia in Raphano vero conniventia sunt. *Siliquosa.*

## 232. ARABIS.

1. Arabis, *thaliana*, foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. L. kleiner Thurnsenf. Hanc plantam in Appendice Tomi I ex Menzelio mutuatam postea ipse florentem reperi mense Aprili vor dem olivischen Thor versus montes. Folia radicalia numerosa per terram sparsa parva petiolata pilosa margine nunc integro nunc parum serrato aut dentato, inde multi surgunt cauliculi pilosi simplices, rarius ramosi, paucis instructi foliis sessilibus minoribus pilosis, minutissime interdum denticulatis, flores albi. Thaliana dicitur a Ioanne Thalio Medico Northusano, qui in Sylva Hercynia eam primus sub nomine Pilosellæ siliquatæ descripsit, & icone adumbravit.

## 233. BRASSICA.

*Cal.* foliola lanceolata erecta basi gibba colorata. *Cor.* petala plana patentia sensim in ungues attenuata, glandulæ nectariferæ quatuor. *Peric.* siliqua longa teres dissepimento in apice prominente tereti. *Sem.* globosa.

* 1. Brassica, *napus*, radice caulescente fusiformi. L. wilde Rüben. Napus sylvestris. B. Caulis striatus procerus, folia inferiora lyrata glabra, caulina amplexicaulia profunde dentata, flores lutei, siliquæ nonnihil incurvatæ; in littore maris, Junio.

CLAS-

# Classis XVI.

# *MONADELPHIA.*

Staminibus inferne connatis, decem vel pluribus, hinc Decandria & Polyandria.

*Decandria.*

## *A. Decandria.*

### 234. GERANIUM.

1. Geranium, *cicutarium*, pedunculis multifloris, floribus pentandris, foliis pinnatis incisis obtusis. L. kleiner Storchschnabel.
2. Geranium, *tuberosum*, pedunculis bifloris, foliis multipartitis, laciniis linearibus subdivisis obtusis. L. Storchschnabel mit knollichter Wurzel. Flores majores eleganter sed dilute rubent. Eichstadius reperit.
3. Geranium, *pratense*, pedunculis bifloris, foliis subpeltatis multipartitis pinnato-laciniatis rugosis acutis, petalis integris. L. blauer Storchschnabel. Gottesgnad. Hujus Varietas: Geranium batrachioides flore variegato. B. Flores formosi magni albi venis purpureis picti. D. Ioh. Petr. Ernest. a Scheffler reperit in den oliwischen Gegenden, & mecum communicavit.
4. Geranium, *robertianum*, pedunculis bifloris, calycibus pilosis decem angulatis. L. Storchschnabel mit rauhem Kelch. Ruprechtskraut. Planta hirsuta, calices decem strias sive carinas monstrant, ita ut duo foliola tribus, duo alia unica, & unum duabus notentur; flores minores rubri, petala integra.
5. Geranium, *rotundifolium*, pedunculis bifloris, petalis integris obtusissimis longitudine calycis, caule pro-

prostrato, foliis reniformibus incisis. L. Storchschnabel mit Pappelblättern. *Decandria.*

6. Geranium, *sylvaticum*, pedunculis bifloris, foliis subpeltatis quinquelobis inciso-serratis, caule erecto, petalis emarginatis. L. Waldstorchschnabel. Flores minores ex purpura rubentes; in Addendice ex Menzelio.

7. Geranium, *sanguineum*, pedunculis. L. Blutstorchschnabel. Folia lanuginosa in quinque lacinias & harum quælibet in tres minores divisa, flores maximi rubri; ex Menzelio.

* 8. Geranium, *columbinum*, pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinquepartito-multifidis, laciniis acutis, arillis glabris, calycibus aristatis. L. Storchschnabel mit fein zerschnittenen Blättern. Folia in tenues lacinias lineares divisa, pedunculi florum longiores, flores purpurei mediæ magnitudinis; bey Karlkau, Junio.

* 9. Geranium, *palustre*, pedunculis bifloris longissimis declinatis, foliis quinquelobis incisis, petalis integris. L. Storchschnabel mit langen Blumenstängeln. Folia longis petiolis, flores longioribus immo longissimis pedunculis fulciuntur, pedicelli post florescentiam declinantur, flores sanguinei majores; in den oliwischen Gegenden, Junio.

## *B. Polyandria.* *Polyandria.*

### 235. MALVA.

1. Malva, *alcea*, caule erecto, foliis multipartitis scabriusculis. L. Sigmarskraut. Calycem exteriorem interdum tetraphyllum deprehendi.

2. Malva, *sylvestris*, caule erecto herbaceo, foliis septemlobatis acutis, pedunculis petiolisque pilosis. L. grosse Pappeln. Hasenpappeln.

3. Malva, *rotundifolia*, caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis obsolete quinquelobis, pedunculis fructiferis declinatis. L. kleine Pappeln, Gänspappeln.

# Classis XVII.

# *DIADELPHIA.*

Staminibus in duo corpora coalitis; secundum numerum antherarum dividitur in Hexandriam, Octandriam & Decandriam.

*Hexandria.*

## *A. Hexandria.*

### 236 FUMARIA.

1. Fumaria, *bulbosa*, caule simplici, bracteis longitudine florum. L. Holwurz.
2. Fumaria, *officinalis*, pericarpiis monospermis racemosis, caule diffuso. L. Taubenkropf. Erdrauch.

*Octandria.*

## *B. Octandria.*

### 237. POLYGALA.

1. Polygala, *vulgaris*, floribus cristatis racemosis, caulibus herbaceis simplicibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. L. Kreutzblum. Folia sparsa, alæ corollarum persistentes, & in iis, quæ florem album gesserunt, tandem purpurascentes.

*Decandria.*

## *C. Decandria.*

Staminibus vel omnibus connatis, vel diadelphis.

*a. staminibus omnibus connatis.*

Spartium. Ononis. Anthyllis.

## 238. SPARTIUM.

*Decandria.*

1. Spartium, *scoparium*, foliis ternatis solitariisque, ramis inermibus angulatis. L. Geniſt. Pfrimmen.

## 239. ONONIS.

1. Ononis, *ſpinoſa*, floribus racemoſis geminis, foliis ternatis, ſuperioribus ſolitariis, ramis inermibus ſubvilloſis. L. Hauhechel. Florum vexillum purpureum, alæ albæ, carina leviter rubet.

## 240. ANTHYLLIS.

1. Anthyllis, *vulneraria*, herbacea, foliis pinnatis inæqualibus, capitulo duplicato. L. gelber Wundklee.

### *b. Staminibus diadelphis.*

Orobus. Lathyrus. Vicia. Ervum. Coronilla. Ornithopus. Aſtragalus. Trifolium. Lotus. Medicago.

## 241. OROBUS.

1. Orobus, *vernus*, foliis pinnatis ovatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. L. frühzeitige Waldkuchern. Vexillum ſaturate, carina obſolete rubet, alæ carinam fere obtegentes ex cæruleo purpuraſcunt, ubi vero flos conſenuit totus cæruleſcit; hoc enim pluribus plantis commune eſt, ut petala diutius perſiſtentia tandem colorem mutent, ita vt albus in purpureum, luteus in album, & ruber in cætuleum tranſeat.

2. Orobus, *niger*, caule ramoſo, foliis ſexjugis ovato-oblongis. L. Waldkuchern mit Wickenblättern.

## 242. LATHYRUS.

1. Lathyrus, *pratenſis*, pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis, foliolis lanceolatis. L. gelbe Wicken. Cirrhi plerumque ſimplices, interdum bi-vel trifidi, ſtipulæ magnæ latæ apice acutæ baſi bifidæ, flores lutei.

Decandria.

2. Lathyrus, *latifolius*, pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. L. wilde Küchern. Foliola quatuor aut sex, cirrhi sæpe simplicissimi.

3. Lathyrus, *sylvestris*, pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ensiformibus, internodiis membranaceis. L. Waldküchern. Folia bina conjugata, cirrhi sæpe triphylli, flores minores rubentes & albidi; in Adpendice ex Menzelio.

* 4. Lathyrus, *palustris*, pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, stipulis lanceolatis. L. Wasserküchern. Lathyrus peregrinus, foliis viciæ, flore subcæruleo pallideve purpurascente. B. Lathyrus palustris flore orobi nemorensis verni. Rupp. Folia pinnata foliolis plerumque purpurei majores; bey Nassenhof in humidis, unde Forsterus misit, Augusto.

* 5. Lathyrus, *heterophyllus*, pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis tetraphyllisque, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. L. Bergküchern. Foliola quatuor vel bina, tribus nervis longitudinalibus distincta, pedunculi longi, flores majores, vexillum extus pallide, subtus vero cum alis intense incarnatum, carina albida; in montibus, Julio.

Lathyri dignoscuntur caulibus alatis & petiolis in cirrhum terminatis, foliolis binis aut quatuor, raro pluribus.

## 243. VICIA.

1. Vicia, *dumetorum*, pedunculis multifloris, foliolis reflexis ovatis mucronatis, stipulis subdentalis. L. wilde blaue Wicken. Descriptio hujus plantæ in Tomo I. ita corrigenda: Folia pinnata foliolis ovatis villosis apice emarginatis, flores cæruleo-purpurei pedunculo elongato adhærentes; in sylvis. Hujus Varietas: Vicia sylvatica maxima piso sylvestri similis. Joh. Bauh. Foliola glabra acuminata, flores rubri; in sylva horti Groddeckiani, Junio.

2. Vi-

2. Vicia, *caſſubica*, pedunculis ſubſexfloris, foliolis denis ovatis acutis, ſtipulis integris. L. ſtrauchartige Wicken. Jac. Breynius reperit.

3. Vicia, *cracca*, pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris. L. Vogelwicken.

4. Vicia, *ſativa*, leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, foliis retuſis, ſtipulis notatis. L. rothe zweyblümige Wicken. Flores rubri, & quidem vexillum levius alæ intenſius rubent. Hujus videtur Varietas: Vicia leguminibus ſeſſilibus ſolitariis. Foliola obverſe ovata retuſa cum acumine, ſtipulæ leviſſime notatæ, flores ſolitarii, vexillo & alis intenſe rubris.

1. Acer, *platanoides*, foliis quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, floribus corymbosis. L. Ahornbaum mit gezähnten Blättern. Linenbaum nobis.

2. Acer,

2. Acer, *pseudo-platanus*, foliis quinquelobis inæqualiter serratis, floribus racemosis. L. Ahornbaum mit sägeförmigen Blättern. *Hermaphrod. & masc.*
3. Acer, *campestre*, foliis lobatis obtusis emarginatis. L. Ahornbaum mit dreylappigen Blättern. kleiner Linenbaum. Eichstadius hanc speciem citat.

## *B. Hermaphroditus & femineus.* *Hermaphrod. & fem.*

Parietaria. Atriplex. Fraxinus.

### 326. PARIETARIA.

1. Parietaria, *officinalis*, foliis lanceolato-ovatis alternis. L. Wandkraut. Glaskraut. Tag und Nacht. ex Oelhafio protuli, sed adhuc hodie reperitur.

### 327. ATRIPLEX.

1. Atriplex, *patula*, caule herbaceo patulo, foliis subdeltoideo-lanceolatis, calycibus seminum disco dentatis. L. Melte mit langen schmalen Blättern.
2. Atriplex, *laciniata*, caule herbaceo, foliis deltoidibus dentatis subtus argenteis. L. Meermelte. Flores hermaphroditi spicati, feminei axillares.

### 328. FRAXINUS.

1. Fraxinus, *excelsior*, foliolis serratis, floribus apetalis. L. Esche.

# Classis XXIV.
# *CRYPTOGAMIA.*

Fructificatione latente a ceteris diversa nec in totum detecta. Ordines quatuor: Filices. Musci. Algæ. Fungi.

*Filices.*

## *A. Filices.*

Fructificationes vel in caule vel in foliis.

*a. fructificationes in caule.*

Equisetum. Ophioglossum. Osmunda.

### 329. EQUISETUM.

1. Equisetum, *sylvaticum*, caule spicato, frondibus compositis. L. Schaftheu mit sehr feinen langen Blättern. Zinnkraut.
2. Equisetum, *arvense*, scapo fructificante nudo, sterili frondoso L. Schaftheu mit abgesondertem Fruchtstängel. Heermoß nobis.
3. Equisetum, *palustre*, caule angulato, frondibus simplicibus. L. Wasserschaftheu mit kurzen Blättern.
4. Equisetum, *fluviatile*, caule striato, frondibus subsimplicibus. L. Wasserschaftheu mit langen Blättern.
5. Equisetum, *hyemale*, caule nudo scabro basi subramoso. L. ohnblätteriges Wasserschaftheu. Schachtelhalm.

### 323. OPHIOGLOSSUM.

1. Ophioglossum, *vulgatum*, fronde ovata. Natterzünglein. ex Oelhafio.

## 331. OSMUNDA. *Filices.*

1. Osmunda, *lunaria*, ſcapo caulino ſolitario, fronde pinnata ſolitaria. L. Mondraute mit einem Blatt. ex Oelhafio. Varietatibus a Jac. Breynio circa Gedanum detectis & in Tomo I. ex Centuria ejus adductis adhuc addenda eſt: Lunaria racemoſa ramoſa major. B. ſcapo ultra medium bifido ſeu ramoſo, fronde bipinnata; itemque Lunaria racemoſa folio multifido crispo. Ambæ ab illo auf der Saspe repertæ & hactenus bene conſervatæ.

* 2. Osmunda ſcapo caulino ſolitario, fronde gemina tripinnata, pinnulis ſubrotundis. Mondraute mit zwey Blättern. Lunaria racemoſa multifido folio. B. Lunaria botryites ramoſa ſileſiaca. Joh. Bauh. Lunaria minor ramoſa. Cluſ. Bina folia hanc ſpeciem a præcedente, quæ monophylla eſt, ſatis diſtinguunt. Adſervo adhuc plantam a Jac. Breynio auf der Saspe repertam, & cum icone in Centuria bene convenientem, quæ bina diſtincta gerit folia petiolata inferius tripinnata ſuperius bipinnata, inter hæc folia ſcapus ex radice prodit altior racemoſus fructifer.

### *b. fructificationes in foliis.*

Acrochichum. Pteris. Polypodium.

## 332. ACROSTICHUM.

Fructificatione adcumulatæ averſam folii paginam totam occupant.

* 1. Acroſtichum, *thelypteris*, frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis integerrimis. L. Farnkraut mit gehäuften Samen die das ganze Blat bedecken. Pinnæ oppoſitæ, pinnulæ ſtipiti proximæ reliquis longiores; habitus Polypodii filicis maris, ſed averſa pagina ſeminibus undique tecta differentiam manifeſtat. Jac. Breynius reperit in locis humidis inſulæ Nehringiæ inter ſalices juxta aggerem, & in depres-

*Filices.* depreſſis locis zu Zoppoth haud procul a littore maris.

## 333. PTERIS.

1. Pteris, *aquilina*, frondibus ſupradecompoſitis, foliolis pinnatis, pinnis lanceolatis, infimis pinnatifidis, ſuperioribus minoribus. L. Farnkrautweiblein. äſtiges Farnkraut.

## 334. POLYPODIUM.

1. Polypodium, *filix mas*, frondibus bipinnatis, pinnis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo. L. Farnkrautmännlein.
2. Polypodium, *chriſtatum*, frondibus ſubbipinnatis, foliolis ovato-oblongis, pinnis obtuſiuſculis apice acute ſerratis. L. Farnkraut mit tiefgeſägten Blättern. in ſylvis olivenſibus etiam reperitur.
3. Polypodium, *dryopteris*, frondibus ſupradecompoſitis, foliolis ternis bipinnatis. L. Farnkraut mit dreyäſtigen Blättern. klein Steinfarnkraut.
4. Polypodium, *vulgare*, frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis ſubſerratis obtuſis, radice ſquamata. L. Engelſüß. ex Oelhafio.

* 5. Polypodium, *rhæticum*, frondibus bipinnatis, foliolis pinnisque remotis lanceolatis, ſerraturis acuminatis. L. dem Männlein ähnliches Farnkraut mit feineren Blättern. Filicula fontana major ſive Adiantum album filicis folio. B. Foliola alterna, pinnæ anguſtæ remotæ inciſo-ſerratæ; in ſylvis remotioribus.

His addam aliquot ſpecies a Jac. Breynio circa Gedanum collectas & hactenus optime conſervatas, licet plurimis annis elapſis. Nomina Linnæi, ubi reperi, adpoſui, ceteris ex inſpectione ſiccorum exemplarium nomen addidi. Denominationes vero Joh. & Caſp. Bauhini a Breynio ipſo adſcriptæ ſunt.

* 6. Po-

6. Polypodium frondibus binnulis obtusis integris aut parum crenatis *Filices*, weiches ästiges Farnkraut. Filix major mollis ramosa. Joh. Bauh. potius Filix mollis sive glabra vulgari mari non ramosæ accedens. ejusd. sic enim ab illo nominatur; folia tenuia tactu mollia; im Bärenwinckel, Julio.

7. Polypodium, *fragile*, frondibus bipinnatis, foliolis remotis, pinnis subrotundis incisis. L. Farnkraut mit schwarzen Punkten. Filix saxatilis non ramosa nigris maculis punctata. B. ob foliola remota & pinnas breves patula fit hæc species puncta nigra ab aversa pagina videntur. An hujus varietas, an distincta species, Filix ramosa nigris maculis punctata. B? Priori in omnibus similis, nisi quod frondes ramosæ, ramulis bipinnatis, pinnæ vero in utroque sicco exemplari non incisæ sed parum crenatæ; zwischen dem Jaschkenthal und Bärenwinkel.

8. Polypodium, *phegopteris*, frondibus subbipinnatis, foliolis infimis reflexis, paribus pinnula quadrangulari coadunatis. L. haarichtes Farnkraut mit herabgebogenen unteren Blättern. Filix minor non ramosa. Joh. Bauh. sed ejus figura nostram plantam male exprimit, ut dubium sit an hanc intellexerit. Caulis cum foliis villosus, pinnulæ subtiliter crenulatæ seu serrulatæ, foliola opposita, ad basin pinnulæ majores, quæ cum illis folioli oppositi conjunctæ pinnas quadrangulares ad stipitem efformant, infimum foliolarum par versus terram deflectitur.

9. Polypodium frondibus pinnatis, pinnis alternis remotis pinnatifidis, pinnulis integerrimis. ungezahntes dem Männlein ähnliches Farnkraut. Filix fontis admirabilis ad marem vulgarem non ramosam accedens non dentata. Joh. Bauh. in sylvula zwischen Schellmühl und der Saspe, Augusto.

10. Polypodium, *fontanum*, frondibus subbipinnatis lanceolatis, foliolis subrotundis argute incisis; stipite

*Filicis,* pite lævi. L. klein Brunnenfarnkraut. Filicula fontana minor. B. Varietatem addidit, quam minimam adpellat, collectam hinter der Oliwa bey Flüßchen, Julio.

* 11. Polypodium foliolis alternis pinnatis, pinnis oblongis inciſis. an Filix paluſtris maxima dentata B? in ſylvula zwiſchen Schellmühl und der Saſpe. Hæc ſylvula hodie incerta, ſed eandem reor ſpeciem me ex ſylvis remotioribus accepiſſe.

* 12. Polypodium frondibus bipinnatis, foliolis alternis, pinnis longis profunde inciſis. Filis tenuiſſime & profunde denticulata Montbelgardica. Joh. Bauh. im Jaſchkenthal.

*Muſci.*

## *B. Muſci.*

Muſci ſunt vel non calyptrati, vel calyptrati.

### *a. Muſci non calyptroti.*

Lycopodium. Sphagnum. Phaſcum.

### 335. LYCOPODIUM.

1. Lycopodium, *clavatum*, foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis. L. Bärlapp. Wolfsklauen. Folia in pilum caneſcentem terminantur.

2. Lycopodium, *complanatum*, foliis bifariis connatis, ſuperficialibus ſolitariis, ſpicis geminis pedunculatis. L. Waldzypreß. Gürtelkraut. Folia cauliculis adpreſſa.

* 3. Lycopodius, *ſelago*, foliis ſparſis octifariis, caule dichotomo erecto faſtigiato, floribus ſparſis L. hochwachſendes dunkelgrünes Moß. Muſcus erectus ramoſus ſaturate viridis. B. Selago vulgaris abietis rubræ facie. Dillen. Muſcus erectus, caules bifariam diviſi, foliis rigidis cuſpidatis ex luteo virentibus denſe veſtiti, flores ex alis foliorum ſolitarii ſeſſiles, Majo florent, Julio ſemina maturescunt. Jac. Breynius in montibus vicinis obſervavit.

Dille-

Dillenius Selaginem vocat & a Lycopodio di- *Muſci.*
ſtinguit, quia in hoc flores feminei adgregati & in ſpicam ſquamoſam digeſti, in illa vero ſolitarii in alis foliorum ſeſſiles.

## 336. SPHAGNUM.

1. Sphagnum, *paluſtre*, ramis deflexis. L. Sumpfmoß. Muſcus hic in paludibus ſylvaticis creſcens caules demittit, quibus ramuli penduli adnaſcuntur, foliis albis brevibus acutis concavis ſquamatim veſtiti, in ſummitate capſulæ globoſæ ſpadiceæ ſuccolentæ æſtate adparent, quæ maturæ pollen flavum emittunt.

Dillenius Sphagnum & Phaſcum ſub uno Sphagni genere comprehendit, & characterem in capſula ſeu anthera non calyptrata & fere ſeſſili ponit. Linnæus ex figura antheræ globoſa vel ovali ambo genera diſtinguit.

## 337. PHASCUM.

1. Phaſcum, *acaulon*, acaule, anthera ſeſſili, foliis ovatis acutis conniventibus. L. kleinſtes zwiebelförmiges Moß. Hic muſcus ex minoribus immo minimis eſt, gregatim naſcitur, & conſtat foliis concavis acutis conniventibus, ſine caule in bulbi formam congeſtis, capſulæ floriferæ minutæ inter folia latent.

### *b. muſci calyptrati.*

Fontinalis. Polytrichum. Mnium. Bryum. Hypnum.

## 338. FONTINALIS.

1. Fontinalis, *antypiretica*, foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus. L. zahnichtes Waſſermoß. In fluviis minoribus & aquis ſtagnantibus vel fundo vel aliis corporibus adnaſcitur, & cau-

*Musci.* & cauliculos emittit fluitantes tenues nigricantes ramosos, foliis pellucidis angustis basi latioribus vestitos, ex foliorum alis flores solitarii brevissimo pedicello instructi.

Character hujus generis secundum Dillenium est capsula calyprata subsessilis, calyce seu folliculo membranaceo squamoso inclusa.

## 339. POLYTRICHUM.

1. Polytrichum, *commune*, caule simplici, anthera parallelepipeda. L. gülden Widertodt. Plantæ masculæ caules longissimi, folia per lentem serrata videntur. Plantæ femininæ breviores in summitate foliis confertis quasi stellatæ adparent, quæ foliola sunt calycis communis, & hic flos tandem prolifer evadit, novum amittens cauliculum folioſum, & apice iterum stellatum seu novum proferentem florem femineum. Hyeme viret hic muscus, vere floret, & locis humidis & uliginosis sylvaticis remotioribus reperitur. Varietas: Polytrichum aureum medium. B. ficciora amat, & præcedente minor est. Calyx plantæ femineæ foliolis insigniter rubentibus in apice radiat. Hæc varietas im H. Brünnen und Langeführschen Walde crescit.

Polytrichum Dillenius præcipue calyptra villosa & quidem recta a Mnio & Bryo distinguit, quibus lævis & sæpissime obliqua est.

## 340. MNIUM.

1. Mnium, *andeogynum*, caule ramoso androgynum. L. kleinstes ästiges Moß. Flores masculi & feminei in eadem planta, ambo pedunculati.
2. Mnium, *palustre*, caule dichotomo, foliis subulatis. L. gelblichtes Sumpfmoß. Planta major flavescens, ramis longioribus bifurcatis, anthera majore.
3. Mnium, *serpyllifolium punctatum*, pedunculis aggregatis

gatis, foliis patentibus pellucidis. L. Moß mit punktirten durchſichtigen Wechſelblättern. *Muſci.*

* 4. Mnium, *hygrometricum*, acaule, anthera nutante, calyptra reflexa tetragona. L. klein gülden Widertodt. Polytrichum aureum minus B. Muſcus ex minoribus, foliis congeſtis & conniventibus latiuſculis ſine caule enatis, ex quorum medio pedunculus ſubrubens teflexus, tempeſtate ſicca magis erectus, anthera aurei coloris. Flos femineus in diſtincta planta, quæ ſtellata adparet. Primo vere floret, & gregatim naſcitur in ſylvis, humi & in arboribus vetuſtis aut lignis putreſcentibus.

* 5. Mnium, *purpureum*, caule dichotomo, axillis pedunculiferis, anthera erecta, foliis carinatis. L. kleinſtes Erdmoß mit häufigen rothen Stängeln und grünen Kapſuln. Folia anguſta tenuia crebra, ex diviſionibus caulis ſetæ longæ purpureæ, antheræ oblongæ virides. Denſo cæſpite naſcitur, & eſt ex minoribus, vere floret, paſſim reperi, im H. Brunnen, bey Brentau.

* 6. Mnium, *hornum*, antheris pendulis, pedunculo curvato, ſurculo ſimplici, foliolis margine ſcabris. L. Erdmoß mit hangenden groſſen Kapſuln. Folia oblonga pallida pellucida, antheræ virides; vere, in ſylva bey Brentau.

Non dubitandum plures hic dari Mnii & ſequentium generum ſpecies, ſi ſtudioſe quærantur, & cum figuris Dillenii conferantur; ſine iconibus enim difficilius diſtinguuntur plantæ minores & in pluribus ſibi ſimiles, cum genera ipſa, præſertim Mnii & Bryi, parum inter ſe differant. Linnæus plures ſpecies cum Mnio conjungit, quæ apud Dillenium Bryi nomine veniunt. Hic enim Mnium capitulis biformibus a Bryo diverſum ſtatuit, quia in Mnio capitula partim calyptrata partim nuda rotunda reperiuntur, quæ flores feminei Linnæi.

*Musci.*

## 341. BRYUM.

1. Bryum, *pyriforme*, antheris erectis obovatis, calyptra subulata, surculis acaulibus, foliis ovatis muticis. L. Erdmoß mit birnformiger Blüth. Flos brevi pedunculo innixus; ad aggeres fossarum, primo vere.

2. Bryum, *rurale*, antheris erectiusculis, foliis piliferis recurvis. L. grösseres Erdmoß mit gekrümmten Blättern die ein Haar an der Spitze tragen. Flores longioribus pedunculis subfulciuntur.

3. Bryum, *murale*, antheris erectis, foliis piliferis rectiusculis, surculis simplicibus cæspitosis. L. kleineres Erdmoß mit geraden Blättern die ein Haar an der Spitze tragen.

4. Bryum, *truncatulum*, antheris erectis subrotundis, operculo mucronate. L. kleinstes Erdmoß mit rother Blüthe.

5. Bryum, *argenteum*, antheris pendulis, surculis cylindricis imbricatis lævibus. L. kleinstes Wandmoß mit Heidekrautblättern. Muscus ex minimis.

6. Bryum, *cæspiticium*, antheris pendulis, foliis lanceolatis acuminato-setaceis, pedunculis longissimis. L. Erdmoß mit langen Stängeln und hangender Blüthe. Muscus minimus crebris surculis dense congestis & late sparsis terram operiens; antheræ primum virides postea flavescentes.

* 7. Bryum, *striatum*, antheris subsessilibus sparsis, calyptris striatis sursumve pilosis. L. Baummoß mit kleinster Blüthe. Muscus parvus ramosus, foliis pellucidis carinatis, ex quorum alis flores minuti sessiles aut brevissime pedunculati hyeme & primo vere procreantur, & corticibus arborum sylvaticarum adnascuntur.

* 8. Bryum, *pomiforme*, antheris erectis sphæricis. L. kleines Erdmoß mit apfelförmiger Blüthe. Muscus ex minoribus, acaulis, denso cæspite nascens, folia angusta lanceolato-linearia, per lentem carinata,

rinata, pedunculi rubri, antheræ virides globosæ, calyptræ breves; im Langefuhrschen Walde, Aprili florebat. *Musci.*

* 9. Bryum, *undulatum*, antheris erectiusculis, pedunculis subsolitariis, foliis lanceolatis carinatis undulatis patentibus serratis. L. Erdmoß mit längslichten krausen Blättern. Folia pellucida saturate viridia, anthera parum inclinata, operculum acuminatum; in sylva bey Brentau & alibi.

* 10. Bryum, *heteromallum*, antheris erectis, foliis setaceis secundis. L. kleines Erdmoß mit gebogenen Blättern. Folia capillacea in latus inclinata, antheræ autumno prodeunt, vere maturescunt; denso cæspite nascitur & est ex minoribus; in sylva bey Brentau.

* 11. Bryum, *subulatum*, antheris erectis subulatis, surculis acaulibus. L. kleines Erdmoß mit langer pfriemenförmiger Blüth. Muscus humilis minor, foliis brevibus latiusculis acuminatis terram operiens, antheræ præ ceteris speciebus longiores virides, post ea ochreæ, calyptræ longæ graciles, operculum longum attenuatum; im heiligen Brunnen, Aprili.

* 12. Bryum, *scoparium*, antheris erectiusculis, pedunculis aggregatis, foliis secundis recurvatis, caule declinato. L. grösseres besenförmiges Erdmoß. Denso nascitur cæspite, surculis crebris longioribus, foliis confertis angustis longiusculis læte viridibus. Hæc species cum sequente Hypni genere in eo convenit, quod pedunculorum basis quibusdam foliis latioribus arcte convolutis tamquam theca cingitur, ex qua nunc singuli nunc bini surgunt pedunculi; in sylva bey Brentau.

Plures Bryi species jam prætermitto.

## 342. HYPNUM.

1. Hypnum, *denticulatum*, fronde pinnata simplici, pinnis duplicatis basi pedunculifera. L. zahnich-

*Muſci.* tes Erdmoß. Muſcus acaulis, ſurculis pinnatis humi ſparſis, pinnulis oppoſitis duplicatis apice recurvis, ex baſi foliorum pedunculi ſurgunt floriferi initio veris.

2. Hypnum, *rutabulum*, ramis vagis ſubrepentibus, foliolis ovatis mucronatis imbricatis. L. zahnichtes kriechendes Erdmoß. Ramuli laterales breves, pedunculi hinc inde ex alis foliorum erumpunt.

3. Hypnum, *proliferum*, ſurculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. L. kriechendes Farnmoß. Lycopodii more per terram late ſerpit, ramoſiſſimum, & paſſim novas figens radiculas, rami crebros emittunt ramulos fere horizontales pinnatos, quæ pinnæ foliis minutiſſimis per lentem conſpicuis veſtiuntur, pedunculi floriferi plures uno loco prodeunt, perichætium hirſutum.

4. Hypnum, *velutinum*, ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris ſubnutantibus. L. kriechendes ſeidenartiges Baummoß. Ad radices & cortices arborum reperitur, viticulis repentibus & radices protrudentibus, ſurculis erectis breviſſimis denſe comoſis, foliis minutiſſimis viridibus, ad baſin ſurculorum pedunculi ex brevi ſurgunt perichætio.

5. Hypnum, *viticuloſum*, ſurculis repentibus, ramis vagis teretibus, foliis patulis acuminatis. L. kriechendes Baummoß mit Wacholderblättern. Muscus denſis foliis juniperinis in ceſpitem congeſtis. Helwing. Suppl. Longis cauliculis ſuper arborum, quibus adnaſcitur, cortices repit, & frequentes emittit ſurculos denſe congeſtos, utplurimum iterum diviſos, pedunculi floriferi longi tenues pallidi ſparſi.

6. Hypnum, *purum*, ſurculis pinnato-ſparſis ſubulatis, foliis ovatis obtuſis conniventibus. L. Zypreſſenformiges Erdmoß. Muſcus cupreſſiformis ramoſus. B. Caules erecti aut reclinati ramoſi, folia obtuſa mollia pallida ſplendentia denſe caulem

&

& ramos vestiunt, pedunculi longi rubentes ex inferiore caulis parte prodeuntes, antheræ parum nutantes; in sylvis terram quandoque late contegit. *Musci.*

* 7. Hypnum, *parietinum*, surculis plano-pinnatis continuatis, pedunculis aggregatis. L. Farnmoß mit glänzenden Blättern. an Muscus filicinus major. B? Confertim nascitur cauliculis numerosis complicatis ramulos laterales horizontaliter emittentibus, caules & ramuli rubri foliis parvis pellucidis dense vestiti per folia translucentes, pedunculi floriferi ad exortum ramulorum; im Langefuhrschen Wald.

* 8. Hypnum, *fericeum*, surculo repente, ramis confertis erectis foliis subulatis. L. kriechendes seidenartiges Erdmoß. Differt ab Hypno *velutino* surculis longioribus secundis seu versus unum latus plerumque spectantibus, foliis majoribus fericeis splendentibus luteo-viridibus; in montibus nostris apricis.

* 9. Hypnum, *bryoides*, fronde simplicissima pinnata lanceolata apice pedunculifera. L. kleinstes Erdmoß mit einzelen Blüthen die aus den Spitzen der Zweige kommen. Muscus minimus, surculis pluribus brevibus reclinatis non ramosis, ad quorum apicem ex alis foliorum surgunt pedunculi floriferi, ex quolibet surculo unicus; in sylvis & umbrosis.

* 10. Hypnum, *triquetrum*, ramis vagis recurvis, foliis ovatis recurvatis patulis. L. kriechend Erdmoß mit grösseren Blättern. Folia majora triangularia pallide viridia laxius imbricata, ramuli rubri per folia translucent in sylvis passim floret autumno.

* 11. Hypnum, *cuspidatum*, surculis vagis, apice foliis convolutis acuminato. L. Wassermoß mit zusammen gewickelten Blättern an der Spitze. Folia læte viridia alterna acuminata pellucida splendentia ad apicem ramulorum in cuspidem rigidiusculam convoluta; in palude bey Miggau.

* 12. Hypnum, coma lutescente, extremitatibus stellatis. Dillen. Wassermoß mit auseinander stehen-

*Muſci.* den ſpitzigen Blättern. Differt a *cuſpidato* foliis mucronatis leviter pungentibus patulis nec apice convolutis, itemque colore qui e viridi obſolete luteſcit. Dillenius dubitat an diſtincta ſit ſpecies an vero varietas præcedentis, quia flores non vidit. Eodem loco cum priore reperi, ubi aquis habitabat.

* 13. Hypnum, *criſpum*, ſurculis ramoſis, frondibus ſubpinnatis, foliolis undulatis planis. L. liegendes Erdmoß mit krauſen Blättern. Muſcus vulgaris pennatus major. B. Surculi confertim naſcentes incumbentes ſimpliciter pinnati, pinnulis obruſis transverſe & incurve undulatis & criſpis, coloris læte viridis; locis ſaxoſis bey der Karthauſe.

* 14. Hypnum, *cupreſſiforme*, ſurculis ſubpinnatis, foliis ſecundis recurvis apice ſubulatis. L. Erdmoß mit in einander gedrungenen Aeſten und kleinen gekrümmeten Blättern. Surculi denſe complicati, foliis crebris minoribus, ramuli non translucent; in ſylvis ad radices arborum bey der Karthauſe. Hanc & præcedentem ſpeciem D. Henr. Jac. de la Motte debeo.

Plures in ſylvis remotioribus dantur Hypni ſpecies. Hypnum ab aliis muſcis calyptratis diſtinguitur, quod baſis pedunculi quibusdam ſquamulis a ceteris foliis diverſis tamquam involucro cingitur, quod a Linnæo & Dillenio perichætium nominatur, itemque caulibus & ramis ſparſis diffuſis.

*Algæ.*

## C. *Algæ.*

Jungermannia. Marchantia. Riccia. Lichen. Chara. Tremella. Conferva. Byſſus.

### 343. JUNGERMANNIA.

1. Jungermannia, *complanata*, ſurculis repentibus, folio-

foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis æqualibus. L. Baummoß mit unterwärts gebörten Blättern. Planta tenera corticibus & truncis arborum arcte adnata ramosa, foliis rotundis imbricatis pallidis aut luteo-virentibus interdum læte viridibus vestita, auriculæ foliorum squamis exiguis constantes ad inferam seu aversam paginam cernuntur, ex ramulis hinc inde enascuntur flores, calyce compresso majusculo sessili, ex quo, Aprili mense, pedunculus surgit tener candidus fugax, antheram gerens ex viridi nigricantem; reperi in sylva zur guten Herberge. *Algæ.*

Jungermanniæ species foliis gaudent vel imbricatis, uti modo descripta, vel pinnatis, vel etiam acaules sunt foliis simplicibus. Jungermanniæ genus Dillenio Lichenastrum vocatur, & flore tetrapetalo, qui Linnæi anthera quadrifariam dehiscens est; a Lichene distinguitur.

## 344. MARCHANTIA.

1. Marchantia, *polymorpha*, calyce communi decemfido. L. Steinleberkraut. Planta acaulis, foliis variæ figuræ sinuosis viridibus crassis & pinguibus a tergo villosis, qui villi radiculæ sunt, quibus terræ aut aliis corporibus adfiguntur. Majo flores masculi pedunculati ex sinubus foliorum vel interdum ex medio illorum procreantur, media æstate exarescentes. Septembr. flores feminei sessiles mediis foliis scyphorum instar innascuntur, per hyemem durantes, sequente æstate semina matura dimittentes. Reperi hanc plantam etiam in hortis, locis umbrosis & humidis.

Marchantia a Dillenio Licheni adnumeratur.

## 345. RICCIA.

1. Riccia, *fluitans*, frondibus dichotomis lineari-filiformibus. L. Wasserleberkraut. Planta filamen-

Algæ. tis viridibus dichotomis apice breviter bifides conſtans.

## 346. LICHEN.

Lichenes varia gaudent forma & ſtructura, ſunt enim leproſi tuberculati aut ſcutellati imbricati, foliacei, coriacei, ſcyphiferi, fruticuloſi, filamentoſi. Plurimæ Lichenis ſpecies leproſæ, imbricatæ, foliaceæ & coriaceæ a Dillenio Lichenoides vocantur, & floribus imperfectioribus a Lichene diſtinguuntur, qui floribus maſculis & femineis bene diſtinctis & perfectis inſtructus, & cujus pleræque ſpecies ad Marchantiam & Ricciam Linnæi pertinent. Lichenes ſcyphiferi & fruticuloſi a Dillenio Coralloides filamentoſi vero Uſneæ nominantur. Ex omnibus vulgatiſſimos tantum proferre animus eſt, genus enim numeroſiſſimum ubique ſylvas occupat, quædam Tomi I. ſpecies, utpote non ſatis exacte obſervatæ, hic omittuntur.

* 1. Lichen, *rugoſus*, leproſus albicans, lineolis ſimplicibus, punctisque nigris confertis. L. weiſſes Baummoß mit ſchwarzen Strichen und Punkten. Cruſta conſtat tenuiſſima candida, punctis tuberculatis & lineolis rugoſis nigris maculata, cortices Fagorum & Quercuum juniorum veſtiente, in ſylvis vulgari.

* 2. Lichen, *palleſcens*, cruſtaceus albicans, ſcutellis pallidis. L. runzlichtes Baummoß mit bleichen Blüthen. Arborum corticibus & muris aut ſaxis adhæret, figura orbiculari, ſuperficie rugoſa, quæ planta maſcula eſt; feminea figura magis irregulari ſcutellas profert denſe congeſtas.

* 3. Lichen, *ſubfuſcus*, cruſteceus albicans, ſcutellis ſubfuſcis, margine cinereo ſubcrenato. L. graues Baum-

Baummoß mit grauen inwendig dunkleren Blüthen. *Algæ.*
Cruſta cinerea arborum ramos veſtiens, tuberculis cinereis excavatis intus fuſci.

* 4. Lichen, *Saxatilis*, imbricatus, foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis folio concoloribus. L. gemeines oben graues unten ſchwarzes blätteriges Moß. Arboribus, tectis, & lignis vetuſtis adnascitur, coloris cinereo-glauci inferne nigri.

5. Lichen, *parietinus*, imbricatus, foliis cripſis fulvis, peltis concoloribus fulvis. L. gelbes blätteriges Moß. Steinmoß. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens. B. Pariter ut præcedens ubique arboribus, muris, lignis adhæret, in medio cruſtaceus rugoſus, margine in folia laciniata diviſus.

* 6. Lichen, *ſtellaris*, imbricatus, foliolis oblongis laciniatis anguſtis cinereis, ſcutellis pullis. L. graues ſchmalblätteriges Baummoß mit ſchwarzen Blüthen. Arboribus junioribus aut ramis minoribus cortice lævi veſtitis adnaſcitur.

7. Lichen, *ciliaris*, foliaceus erectiuſculus, laciniis linearibus ciliatis, ſcutellis pedunculatis crenatis. L. haarichtes büchſenformiges Baummoß. Plerisque arboribus adnaſcitur, foliis anguſtis laciniatis incanis ſubtus glauco-viridibus glabris, margine pilis ſive ſetis rigidiuſculis hiſpido, ſcutellis breviter pedunculatis nigris, limbo cinereo crenato cinctis.

* 8. Lichen, *islandicus*, foliaceus adſcendens laciniatus, marginibus elevatis ciliatis. L. graugrünes Erdmoß mit Mannstreublättern. Muſcus pulmonarius terreſtris ſanguineus. Jac. Breyn. qui circa Gedanum in collibus muſcoſis detexit hanc ſpeciem & Ephem. Nat. Cur. deſcriptionem inſeruit. Folia eryngio ſimilia vel alcis cornua referentia, circa marginem teneris ſpinulis aſpera, glauco-viridia ad baſin rubra, peltæ in extremitatibus foliorum ſpadiceæ.

9. Lichen, *pulmonarius*, foliaceus laciniatus obtuſus

Algæ. glaber, supra lacunosus, subtus tomentosus. L. Lungenkraut. Superior folii pagina viridis, exanthematibus albis reticulam formantibus ornata, inferior albescens & rufescens, folia lata in lacinias majores angulatas desinunt; in sylva bey Reinfeld.

* 10. Lichen, *farinaceus*, foliaceus erectus compressus ramosus farinaceus, lateribus verrucosis. L. Baummoß mit schmalen mehlichten Blättern. Folia angusta ramosa pallida, fructificationibus marginem occupantibus. Varietas foliis latioribus, verrucis marginalibus rarioribus, ad arbores & sepes ligneas copiose.

* 11. Lichen, *calicaris*, foliaceus erectus linearis ramosus lacunosus convexus mucronatus. L. korallenförmiges Baummoß. Muscus arboreus ramosus coralloides. B. Ramulis nascitur apice plerumque bifurcatis canaliculatis seu ab uno latere convexis ab altero concavis, lacunis oblongis notatis, glabris cinereo-viridibus; D. Henr. Jac. de la Motte mecum communicavit in sylvis bey der Karthause collectum.

* 12. Lichen, *prunastri*, foliaceus erectiusculus lacunosus, subtus tomentosus albus. L. Baummoß mit Tannenhirschgeweihblättern. Folia plana lata divisa, cornua damæ referentia, superne coloris cinereo-glauci. Plantæ femineæ breviores minus ramosæ, scutellas concolores extremitatibus ramorum ferentes. Omnibus fere arboribus adnascitur.

13. Lichen, *caperatus*, pallide viridis rugosus margine undulatus. L. rosenförmiges Baummoß. Folia plura in orbem sparsa obtuse laciniata & rosæ instar explicata, crustæ modo adnascentia, & magnum quandoque spatium in corticibus arborum aut saxis occupantia; adulta scutellas proferunt majusculas concolores aut rufescentes.

14. Lichen, *caninus*, foliaceus repens lobatus obtusus planus subtus venosus villosus, pelta marginali adscendente. L. weisses blätteriges Erdmoß. Hic

Lichen

Lichen in terra ſuper muſcis herbaceis repit, iisque adhæret; folia magna, ex baſi anguſtiore dilatata, marginibus lobatis obtuſis, a parte ſuperiore cinerea, inferiore alba, radiculis fibroſis candidis, quæ muſcis arcte adhærent; folia ſibi invicem incubentia ſatis amplum quandoque ſpatium occupant; im Rehringiſchen Walde. *Algæ.*

* 15. Lichen, *pyxidatus*, ſcyphifer ſimplex crenulatus tuberculis fuſcis. L. becherformiges Moß. Muscus pyxioides terreſtris. β. Ex cruſta cinereo-viridi terram operiente tubuli ſurgunt ejusdem coloris ſuperius dilatati in ſcyphum terminati, margine crenulato, ex quo interdum alii ſcyphi ex fuſcis tuberculis enaſcuntur, cruſta inferior tempore foliacea evadit; in confinio ſylvæ bey Brentau.

16. Lichen, *rangiferinus*, fruticuloſus perforatus ramoſiſſimus, ramulis nutantibus. L. roth Korallenmoß. Caules erecti, in ramos diviſi, breviſſimis & plurimis corniculis terminati. Tota planta ex cinereo & vireſcente albicat, varietas vero corniculis rufeſcentibus diſtincta; in Adpendice Tomi I. ex Menzelio.

* 17. Lichen, *uncialis*, fruticuloſus perforatus, ramulis breviſſimis acutis. L. weiß Korallenmoß. Muscus terreſtris, cauliculis albicantibus dichotomis ramoſis, ad diviſuras ramorum perforatis, ſummitatibus quaſi pyxidatis perforatis & ſtellatis; in monte inter Grünen Hof & Diwelkau ſiniſtrorſum ſito latus ſeptentrionale autumno occupat.

18. Lichen, *plicatus*, filamentoſus pendulus, ramis implexis, ſcutellis radiatis. L. herabhangendes Baummoß. Longiſſimis filis ſeu loris implexis & ramoſis, coloris cinerei ſeu glauco-viridis, ab arborum ramis pendet hæc ſpecies in ſylvis denſioribus. Reperi illam in ſylvis olivenſibus.

* 19. Lichen, *barbatus*, filamentoſus pendulus ſubarticulatus, ramis patentibus. L. Herabhangendes Baum-

*Algæ.* Baummoß mit gegliederten Zweigen. Muſcus capillaceus longiſſimus. B. Fere inſtar Lichenis *plicati* ex arboribus pendet, caules geniculis ſeu articulis diſtincti, crebris ramulis ſeu filamentis tranverſalibus in latera porrectis inſtructi; in ſylvis bey der Karthauſe.

* 20. Lichen, *jubatus*, filamentoſus pendulus, axillis compreſſis. L. herabhangendes Baummoß mit platten Zweigen. Caules ſuperiore parte, ubi adhuc craſſiores ſunt, plani ſeu compreſſi videntur, cum in aliis ſpeciebus ubique teretes ſint; ceterum nullis filamentis horizontaliter ut in præcedente extenſis, ſed tantum longitudinalibus ramoſis implexis tenuibus donati, coloris obſcurioris; hinc inde parva vidi tubercula plana alba, ſicut a Dillenio obſervata ſunt; bey der Karthauſe. Hanc & præcedentem ſpeciem D. Henr. Jac. de la Motte mecum communicavit.

* 21. Lichen, *hirtus*, filamentoſus ramoſiſſimus erectus, tuberculis farinaceis ſparſis. L. fadenartiges äſtiges Baummoß. Muſcus ramoſus. Tabern. Ad cortices arborum & aſſeres ſepium copioſiſſime naſcitur, brevibus quidem ſed denſe complicatis filamentis ex cinereo vireſcentibus, ad aſſeres minor eſt.

22. Lichen, *floridus*, filamentoſus ramoſus erectus, ſcutellis radiatis. L. Scheibenmoß. Muſcus ramoſus floridus. Tabern. Cauliculi craſſiuſculi rigidi ramoſi, fibris brevibus rigidis veſtiti.

## 347. CHARA.

1. Chara, *vulgaris*, caulibus lævibus, frondibus interne dentatis. L. ſtinkendes Waſſerſchaftheu. Waſſerarmleuchter. Cauliculi longi tenues ſtriati fragiles, folia linearia verticillata in duos vel plures denticulos diviſa, ſeminibus rubris undique obſita, odor fortis & ingratus, qui & extra aquam penetrat, ſiquidem planta in vaſe ſervata & aquæ im-

merſa

merſa totum foetere replevit conclave; in foſſis ſub aqua repit, & Lenticula paluſtri aut aliis plantis vel etiam luto obtegitur. *Algæ.*

## 348. TREMELLA.

1. Tremella, *auricula*, ſeſſilis membranacea auriformis cinerea. L. Holunderſchwamm. Fliederohrchen. Planta irregularis figuræ, auriculam quodammodo referens, plicata rugoſa, ſuperne illoſa, inferne glabra.

2. Tremella, *purpurea*, ſubgloboſa ſeſſilis ſolitaria glabra. L. kleinſter purpurfarbiger Baumſchwamm. Parvis conſtat tuberculis rotundis.

## 349. CONFERVA.

1. Conferva, *reticulata*, filamentis reticulatim coadunatis. L. netzformiges Waſſermoß.

## 350. BYSSUS.

1. Byſſus, *flos aquæ*, filamentis plumoſis fluitantibus. L. ſtaubichter grüner Haarſchimmel. Waſſerblüthe.

2. Byſſus, *phoſphorea*, lanuginoſa violacea, lignis adnaſcens. L. violfarber Haarſchimmel im faulen Holz.

3. Byſſus, *velutina*, filamentoſa viridis. L. weicher grüner Haarſchwamm.

4. Byſſus, *antiquitatis*, pulverulenta atra. L. ſchwarzer ſtaubichter Mauerſchimmel.

5. Byſſus, *ſaxatilis*, pulverulenta cinerea, rupes operiens. L. grauer ſtaubichter Steinſchimmel.

6. Byſſus, *candelaris*, pulverulenta flava, lignis adnaſcens. L. gelber ſtaubichter Holzſchimmel.

7. Byſſus, *botryoides*, pulverulenta viridis. L. grüner ſtaubichter Erdſchimmel.

8. Byſſus, *lactea*, pulverulento-cruſtacea albiſſima. L. weiſſer ſtaubichter Baumſchimmel.

Ad

*Algæ.* Ad hunc ordinem Fucorum genus pertinet, quorum Menzelius tres ſpecies in Centuria Plantarum Gedanenſium protulit, ſed cum in mari ipſo naſcantur, nec niſi undarum vi ad littora ejiciantur, inter indigenas vix nominari debent.

*Fungi.*

## D. *Fungi.*

Agaricus. Boletus. Hydnum. Phallus. Helvella. Peziza. Clavaria. Lycoperdon. Mucor. Cum difficillimum ſit in hoc ordine ſpecies a varietatibus ſemper tuto diſtinguere, plantas quas vidi hic indicabo, non ubique hujus diſtinctionis ratione habita.

### 351. AGARICUS.

1. Agaricus, *campeſtris*, ſtipitatus, pileo convexo ſquamato albido, lamellis ruffis. L. weiſſer unten rother Blätterſchwamm. Champignon.
2. Agaricus, *piperatus*, ſtipitatus, pileo planiuſculo lacteſcente, margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis. L. weiſſer unten fleiſchfarber Blätterſchwamm. Pfifferling.
3. Agaricus, *delicioſus*, ſtipitatus, pileo teſtaceo, ſueco luteſcente. L. rother Blätterſchwamm. Reitzke. idem eſt qui Tomo I. ex Gleditſchii Methodo vocatur Agaricus pileolo hemisphærico, in centro depreſſo & in margine fornicato, petiolo brevi & craſſo. Petiolus cavus.
4. Agaricus, *muſcarius*, ſtipitatus, lamellis dimidiatis ſolitariis, ſtipite volvato, apice dilatato, baſi ovato. L. rother weißgefleckter Fliegenſchwamm. Hujus varietas: Agaricus volva exceptus, pileolo orbiculari fuſco maculato in margine ſtriato, petiolo anulato in baſin tuberoſam deſinente. Gleditſch. brauner weißgefleckter Fliegenſchwamm. in ſylva hinter dem Bärenwinkel.

3. Aga-

5. Agaricus, *integer*, ſtipitatus, lamellis omnibus magnitudine æqualibus. L. rother unten weiſſer Blätterſchwamm mit weiſſem Stiel. *Fungi.*

6. Agaricus, *dentatus*, ſtipitatus, pileo convexo, lamellis baſi mucrone dentatis. L. gelber unten bleicher Blätterſchwamm.

7. Agaricus, *cinnamomeus*, ſtipitatus, pileo ſordide flavo, lamellis luteo-ruſſis. L. unreingelber unten röthlicher Blätterſchwamm.

8. Agaricus, *equeſtris*, ſtipitatus, pileo pallido, diſco ſtellatim luteo, lamellis ſulphureis. L. bleicher unten ſchwefelgelber Blätterſchwamm.

9. Agaricus, *georgii*, ſtipitatus, pileo flavo convexo, lamellis albis. L. ſchwefelgelber unten weiſſer Blätterſchwamm.

10. Agaricus, *extinctorius*, ſtipitatus, pileo campaniformi albido lacero, lamellis niveis, ſtipite ſubbulboſo ſubulato nudo. L. ganz weiſſer kegelförmiger Blätterſchwamm.

11. Agaricus, *fimetarius*, ſtipitatus, pileo campanulato lacero, lamellis nigris lateraliter flexuoſis, ſtipite fiſtuloſo. L. weiſſer unten ſchwarzer Blätterſchwamm.

12. Agaricus, *umbelliferus*, ſtipitatus, pileo plicato membranaceo, lamellis baſi latioribus. L. kleinſter weiſſer Blätterſchwamm.

13. Agaricus, *clavus*, ſtipitatus, pileo luteo convexo ſtriato, lamellis ſtipiteque albis. L. kleiner pomeranzfarbiger unten weiſſer Blätterſchwamm.

14. Agaricus volva minore exceptus, pileolo orbiculari integerrimo, petiolo anulato, radice tuberoſa. Gleditſch. ganz weiſſer glatter Blätterſchwamm mit ſehr langem Stiel.

15. Agaricus volva exceptus, pileolo hemiſphærico integerrimo, petiolo gracili prælto fiſtuloſo. Gleditſch. brauner unten grauer Blätterſchwamm.

16. Aga-

*Fungi.* 16. Agaricus, *cantharellus*, ſtipitatus, lamellis ramoſis decurrentibus. L. ganz gelber Blätterſchwamm. gelber Pfifferling. Fungus anguloſus & velut in lacinias ſectus. B. idem eſt qui Tomo I. ex Gleditſchii Methodo vocatur Agaricus luteus, pileolo turbinato in margine anguloſo laciniato & varie contorto, lamellis craſſis venoſis ramoſis & criſpis. Totus croceus & eſculentus, lamellæ cum pilei ſubſtantia continuæ nec ut in ceteris ab illa diſtinctæ.

17. Agaricus pileolo orbiculari dilute fuſco, vertice ſaturatiore, in margine ſtriato, lamellis ſubluteis laxis, petiolo concolore. Gleditſch. hellbrauner unten gelber Blätterſchwamm.

18. Agaricus pileo lato flavo. gelbe Reitze. Totus luteus ſuccum fundens croceum & acrem. Varietas videtur Agarici *delicioſi*.

* 19. Agaricus pileolo hemiſphærico amplo, deſuper a centro verſus peripheriam ſtriato, petiolo cylindraceo fiſtuloſo. Gleditſch. braungelber unten ſchwarzer Blätterſchwamm. Poggenſtul nobis. Pileus primum ovatus ſeu campanulatus, poſtea magis expanſus ex livido nigricans margine lacero, lamellæ nigræ, petiolus albus tenuis cavus; ad radices arborum in hortis gregatim naſcitur locis umbroſis autumno.

* 20 Agaricus totus albus, pileo plano. ganz weiſſer platter Blätterſchwamm. Süßling nobis. eſculentus.

* 21. Agaricus pileo plano vel centro depreſſo rubro, lamellis albis, petiolo rubro. rother unten weiſſer Blätterſchwamm mit rothem Stiel. Röthling nobis. eſculentus.

* 22. Agaricus ex una baſi multiplex croceus ſquamoſus, pileolo hemiſphærico, ſquamis fuſcis, lamellis luteis, petiolo craſſo cavo ſquamoſo. gelber vielfacher Blätterſchwamm mit braunen Schuppen. in ſylva hinter dem Bärenwinkel, Septemb.

* 23. Aga-

23. Agaricus pileolo parvo albido rugoso, lamellis laxis albis, petiolo alto tenui rufo. Musseron. Sapore & odore allii quandam speciem æmulatur; bey Karlkau & alibi, locis apricis elatioribus, Augusto & sequentibus mensibus. *Fungi.*

24. Agaricus pileo magno coriaceo subalbido glabro plano margine fornicato, lamelis nigris, petiolo albo brevi crasso solido. weißlichter unten schwarzer lederhafter Blätterschwamm. Peculiari & ingrato odore a reliquis diverso distinguitur; sub finem Augusti in collibus hinter dem grünen Hofe.

25. Agaricus parvus sanguineus, pileo glabro fornicato, lamellis laxis, petiolo alto, kleiner ganz blutrother Blätterschwamm. Lamellæ dilutius rubent.

26 Agaricus coriaceus, pileo plano albo squamis fuscis, vertice papillato fusco, lamellis albis crispatis, petiolo longo fistuloso variegato, annulo excepto. weisser lederhafter Blätterschwamm mit braunen Schuppen. Petiolus acetabulo quodam insertus, a quo & lamellæ oriuntur, sicut in Agarico 20 Gleditschii, cum quo & colore & centro papillato & petiolo variegato convenit, in aliis vero differt, præsertim pileo non lacero & filamentoso, sed integro coriaceo; in sylva sub finem Augusti.

27. Agaricus ex una basi multiplex, radice tuberosa, pileo magno fornicato aut plano alcido, squamis fuscis, lamellis albis, petiolo annulato. vielfacher weißlicher Blätterschwamm mit braunen Schuppen. Pilei figura primum conica & campanulata tandem mutatur in planam, dum erumpit fusca vestitur cuticula, quæ mox in squamas rumpitur, centro fusco manente, reliqua superficie inter squamas ex dilutissimo fusco albida, per ætatem candidissima filamentosa, petiolus brevis solidus crassus ampliſſimo annulo persistente cinctus; in horto reperi autumno.

28. Agaricus sessilis multiplex, superne fuscus, la-

Fungi. mellis albis. brauner unten weisser Blätterschwamm ohne Stiel. ad truncos & ramos arborum vetustarum. Forsterus hanc speciem misit.

* 29. Agaricus parvus, pileo conico ex plumbeo albescente striato, lamellis albis, petiolo alto tenui cavo supernè albo inferne fusco. kleiner kegelförmiger bleyfarbiger unten weisser Blätterschwamm. in Karlkau, Octobr.

* 30. Agaricus pileo campanulato versus peripheriam striato dilute fusco, vertice dilutiore, lamellis intense fuscis, petiolo alto tenui & tenero solido. glockenformiger hellbrauner unten dunkelbrauner Blätterschwamm. Præcedente paullo major in Karlkau, Octobr.

## 352. BOLETUS.

1. Boletus, *versicolor*, acaulis, fasciis dicoloribus, poris albis. L. brauner unten weisser Löcherschwamm mit bunten Zirkeln, ohne Stiel.

2. Boletus coriaceus squamosus sessilis & multiplex, lobis varie divisis & expansis, tubulis tenuissimis connexis angulosis. Gled. bunter unten weisser Löcherschwamm mit wellenformigen Zirkeln, ohne Stiel.

3. Boletus, *luteus*, stipitatus, pileo pulvinato subviscido, poris rotundatis convexis flavissimis, stipite albido. L. brauner klebrichter unten gelber Löcherschwamm.

4. Boletus, *bovinus*, stipitatus, pileo glabro pulvinato marginato, poris compositis acutis, porulis angulatis brevioribus. L. brauner glatter unten grüngelber Löcherschwamm.

* 5. Boletus pileolo rotundo plano in vertice elato, desuper e rubro spadiceo, inferne flavo, petiolo ex albo & fulvo variegato. Gled. rothbrauner unten gelber Pilz mit buntem Stiel. in colle fruticoso, August. Hujus Varietas: Boletus pileolo latissimo hemi-

hemisphærico, desuper ferrugineo-rubente, infer- *Fungi.*
ne cum crasso petiolo subflavo. Gled. Steinpilz. Fungus Augusti mensis. B. Alia Varietas: Boletus pileolo hemisphærico, superne viscido & fulvo, inferne luteo, petiolo candido flavescente punctis & lituris nigricantibus distincto. Gled. dunkelgelber klebrichter Pilz. Pempke nobis. Septembr.

## 353. HYDNUM.

1. Hydnum, *tomentosum*, stipitatum, pileo plano infundibuliformi. L. dunkelbrauner trichterformiger Stachelschwamm. Hujus Varietas: Boletus coriaceus, pileolo campanulato inverso desuper sericeo & fulvo-ferrugineo lineis concentricis distincto, tubulis subtus connexis echinato-denticulatis. Gled. bunter trichterformiger sammetartiger Stachelschwamm. in sylva hinter dem Bärenwinkel, Septemb.

* 2. Hydnum stipitatum, pileo plano, centro depresso. weißlicher Stachelschwamm mit holem Wirbel. Pileus sordide albus, circulis obscurioribus variegatus, centro fusco depresso, inferne candidus, petiolo fusco.

## 354. PHALLUS.

1. Phallus, *impudicus*, volvatus stipitatus, pileo celluloso. L. weisser Gichtschwamm. Eichstadius reperit.

2. Phallus, *esculentus*, pileo ovato celluloso nudo rugoso. L. Morchel.

## 355. HELVELLA.

1. Helvella, *mitra*, pileo deflexo adnato lobato difformi. L. Faltenschwamm.

*Fungi.* Helvellæ plures ſpecies vidi, ſed determinare non audeo, quia hoc fungorum genus non conſtantis eſt figuræ. Helvella in priore editione Elvela dicitur.

## 356. PEZIZA.

1. Peziza, *lentifera*, campanulata lentifera. L. Becherſchwamm. Hujus Varietas: Peziza ſeſſilis campanulata, extus piloſa & fuſca, intus ſtriata plumbea glabra. Gled. Cyathum exacte refert, in quo ſemina duo vel tria nuda jacent; radiculas agit in terram ſeu lignum aëri expoſitum; in horto, Septembr.

## 357. CLAVARIA.

1. Clavaria, *piſtillaris*, clavæformis ſimpliciſſima. L. einfacher Kåulſchwamm.

2. Clavaria, *hypoxylon*, ramoſo-cornuta compreſſa. L. åſtiger ſchwarzer Kåulſchwamm mit weiſſen Spitzen. ſchwarzer Korallenſchwamm.

* 3. Clavaria, *coralloides*, ramis confertis ramoſiſſimis inæqualibus. L. gelber Ziegenbart. Hujus datur varietas ramis rubris, rother Ziegenbart, ambæ eſculentæ ramulis innumeris contiguis terminatæ; in ſylvis autumno.

* 4. Clavaria ramis paucioribus laxioribus longioribus. gelber Korallenſchwamm. Coralloides minus ramoſa flava, corniculis longioribus. Haller. Ramuli diſtantes expanſi, apicibus bi- vel trifidis aut obtuſis; in ſylvis autumno.

* 5. Clavaria ramoſa, apicibus latis criſpatis. krauſer Ziegenbart. Sic enim adpellandam & huc referendam credo plantam, quæ Jo. Phil. Breynio ex ſylva zur guten Herberge menſe Septemb. oblata, &

eo

eo in peculiari ſcheda ſequentem in modum de- *Fungi.*
deſcripta. Coralloides intybacea pallido carnea. An. 1719. primum hujus coralloidis ſpecimen ad me miſſum, magnitudine humanum caput maximi moduli ſuperabat, pondere tres ferme æquabat libras, tota criſpa, coloris externe pallido-carnei, marinam ſpongiam majorem eminus non male referens, odorem fundebat fungoſum quidem ſed gratiſſimum inſtar Coralloidis ramoſæ vulgaris, ſed magis gratum. Caule nitebatur ſesqui unciam craſſo, eoque ſolido, externe & interne candido, mox in plures ramos minus craſſos, eosque denuo in plurimos tenuiores ſubdiviſos pariter ſolidos & candidos dividebatur, braſſicæ caulifloræ inſtar. Ultimæ ramificationes in foliacea ornamenta, chartæ pergamenæ craſſitie, eleganter criſpata extendebantur, colore pallide carneo, qui circa extremitates ſenſim intendebatur, prædita, ſubſtantia quaſi cartilagineæ. Totus fungus temporis tractu non putreſcebat, ſed exſiccabatur, nec a vermibus, diutius licet ſervatus, tentabatur. Anno ſubſequente 1720. aliud hujus Coralloidis ſpecimen priori non longe minus nihilque elegantia cedens a muliercula quadam ad me deferebatur.

## 358. LYCOPERDON.

1. Lycoperdon, *boviſta*, ſubrotundum lacerato-dehiscens. L. groſſer kugelrunder glatter Staubſchwamm. Boviſt.

* 2. Lycoperdon turbinatum maximum ſcabrum cinereum, baſi longiſſima & craſſa. groſſer birnförmiger rauher Staubſchwamm. Priorem magnitudine ſuperat; in monte zwiſchen Grünen Hof und Diwelkau.

* 3. Lycoperdon globoſum & aculeatum candidum, baſi longiſſima craſſa. Gled. kleiner ſtachlichter Staubſchwamm. Fungus petiolatus, ſuperficie

*Fungi.* petioli & globi primum tuberculata postea aculeata; in sylva hinter dem Bärenwinkel.

* 4. Lycoperdon sessile scabrum. kleiner rauher Staubschwamm. Fungus minor albus subrotundus acaulis scaber.

